




Green. b. 117.







a) Haberao des.  
So.

Cassellis  
1602



Bonn. b. 4117

k  
bre

192

613 (4)



A y 0627



MAGNIFICIS ET  
AMPLISSIMIS VIRIS, DI-  
GNITATE, SAPIENTIA, VIRTU-  
te & doctrina præstantissimis  
Dominis

CONSULIBUS  
&  
SENATUI POPULO-  
que

INCLYTÆ URBIS  
BREMANÆ

Vuilhelmus Dilichius  
dedico consecroq;



VIRI MAGNIFICI,  
VIRI AMPLISSIMI,

**L**IBRUM hunc, quem de urbis vestrae situ, forma & incremento scripsi, vobis dedicare mihi visum. Causam habui duplicem. Prior est, quia splendorem huic per se non obscuro loco dignae scriptioni conciliare & augere conatus sum à splendore vestro, quorum urbs potens & amoe-

a) tenui &

Lucif

amoena etiam inter Saxoniae  
primas lucet, vosq; in ea pru-  
dentia & virtute. Causa alte-  
ra, quod liber hic de situ, cō-  
moditate, formæ præstantia  
& incremento urbis tantum  
vestræ agat, & majorum, pa-  
trumq; vestrum vitam, præ-  
lia & res domi forisq; præcla-  
rè & fortiter gestas comme-  
morat, avorumq; vestrorum  
memoriam, vobis quidem  
non ignotam, sed tamen re-  
cordatione, ac renovatione  
cognitionis & scientiæ non  
injucundam<sup>a)</sup> recenset. Nec,  
ut spero, pro ingrato erit mu-  
nus

*a) studiose & explicite*

nus, quod per se haud magnū,  
pondus ab animo & illa tabu-  
larum novitate habeat; Nec  
carebit opinor lectio omni  
fructu atq; utilitate, dū in me-  
moriam vobis revocat, quā  
patres atq; avi vestri Archie-  
piscoporum suorum observan-  
tissimi, at libertatis suae tuen-  
dæ (quod rari admodum ex-  
empli est) tenacissimi semper  
fuerint, nec de ea quidquam  
decerpi permiserint. In admi-  
nistratiōe civitatis, hunc so-  
licitè modum tenuerint, ut  
quamvis nunc administranti-  
um licentia, nunc verò plebis  
info-

insolentia ( quæ rerum huma-  
narum vicissitudo & miseria  
est) irreperet, tamen Remp:  
nunc Marte suo, nunc Cæsa-  
rum, aliorumqve auxilio, ad  
publicum consilium Civita-  
tis, & statum Optimatum  
semper revocarint, at popula-  
riter ita temperarint, ut Sena-  
tui dignitas atqve authoritas,  
Populo verò libertas sua con-  
staret: eoq; in vestram quoq;  
Civitatem optimo jure cadere  
videatur, quod de maximis  
quibusdam Rebuspubl. decan-  
tari solet, eas eò majorem  
mereri laudem & nobilitatis

anti-

antiquitatem quò in consti-  
tuenda & retinenda suæ gu-  
bernationis forma fuerunt,  
constãtiores, firmiores & an-  
tiquiores. Omitto, quod li-  
bellus imperiũ quoq; Civi-  
tatis vestræ vobis ob oculos  
ponit, ostenditq; nihil eorũ,  
quæ in præstãtia cuiusq; gen-  
tis, & Reip: excellentiã spe-  
ctari possunt, ac debent, nem-  
pe libertatis, legum atq; impe-  
rii, vobis deesse, sed unicum  
penè hoc restare, ut quam à  
majoribus accepistis civita-  
tem, ipsorum exemplo, pro-  
pitio Numine, ornare perga-  
tis

tis & factam tectam ad poste-  
ros transmittatis.

Accipiatis igitur hoc, viri  
magnifici, & si vacabit, non  
potius diligentiae nostrae te-  
stem, quam praecone de ur-  
bis vestrae praestantia prae-  
dicantem audiatis, peto. Va-  
lete & civitati vestrae salubri-  
ter regnate. *em ... am*  
Cassellis Mens. *Calend:*  
Sextil. Anno Domini 1604. *Mart. .... 7*

(b)

Ad



AD LECTOREM  
PRÆFATIO.



UM universam rem  
urbis Bremæ descri-  
bere statuissem, op<sup>9</sup>,  
inquam, enarrationis  
triplicis, & situs, & æ-  
dificiorum, & tem-  
poris sive incrementi, atq; ad eam cogi-  
tationem parata mihi jam materia om-  
nis & seges esset, indeq; messis; visum  
est mihi & hoc ad multa quadrare, imò  
necessarium, si in vestibulo <sup>al</sup> fines Bremę  
paulò uberius delineati, & antiqua ho-  
rum populorum conditio digito mon-  
strata, & de <sup>6</sup> foedere & <sup>9</sup> societate Hanſæ  
pauca <sup>12</sup> adjecta, Archiepiscoporum quo-  
que Bremensium <sup>4</sup> catalogus <sup>10</sup> insertus  
fuerit.

*antequam de scopo hu-  
ius libri dicatur  
est circum circa centum popu-  
lorum ditiones*

*rint*

Inclu-

P R A E F A T I O

Includitur autem Brema inter diœcesin Bremensem, Oldenburgensem & Hoyensem comitatus, habetque vicinos Frisiam Orientalem, Vuestphalos, Verdensem episcopatum & Lunæburgensem ducatum. *m*

Bremensis diœcesis inter Visurgim & Albim inclusa ab angulo, in cuius apice in peninsula turris, cui à novo opere (vulgò das neue Werck) nomen inditum, ad navigantium securitatem extructa visitur, ad Lunæburgensem ducatum & episcopatum Verdensem extenditur. Comprehendit autem Stadam quoq; urbem frequentia populi, ædificiis ac portu commodo ornatam. *et omnium civitatum in hac Germanici parte antiquissimam et re- fertur apud Scalan- dicum*  
 Hinc uberrimi & amœnissimi Kedingorum campi fossis distincti Hadeliam, cuius metropolis est Aterendorp, tangunt, & hæc Vuursatiam angustam quidem, sed agro admodum ubere fœ-

P R Æ F A T I O .

cundam. Huic Leenses, Vuurdenses, ac Osterstadenses trans Visurgim fluvium, è regione Budjadarum, & Stadlandensium Bremam versus succedunt. Duè illè oræ diœceseos Bremensis extremæ ad Albis & Visurgis aggeres admodum optimæ & fertiles sunt : medius verò tractus inter Bremam & Stadam, quem mercatores plerumque transeunt, sterilis, incultus, paludosus, & ericæ & arbuscularum plurimum ferax est. In hoc prominet arx totius diœceseos primaria Vorda, à Lothario imperatore & Saxonix Duce ædificata, & abhinc milliariis amplius quatuor Buxdehuda ad Essam fluvium, qui infra Hamburgum Albim influit.

tribus

*hinc. folgt. gluis  
 der pag. 8. von f. 10.  
 in f. 10. die. die. die. die.  
 die. die. die. die. die.  
 die. die. die. die. die.  
 die. die. die. die. die.  
 die. die. die. die. die.  
 die. die. die. die. die.*

Dioecesin Bremensem, aliaque vicina loca Chauçi olim tenuere. Nam Taciti, Ptolomei & Plinii scriptis proditum est, eos inter Albim, Visurgim, Ama-

PRÆFATIO

Amasum & Cattos habuisse sedem.  
 Taciti in libro de Germanorum mori-  
 bus verba sunt: Chaucorum gens, quan-  
 quam incipiat à Frisiis & partem littoris  
 occupet, omnium, quæ exposui, genti-  
 um (quod præcipuè de Frisiis, de Bata-  
 vis, Ubiis, Cattis, Chamavis, Chalvaris,  
 Angrivariis, Dulgibinis, intelligendum  
 esse puto) lateribus obtenditur, donec in  
 Cattos usq; sinuetur. Tam immensum  
 terrarum spacium non tenent tantum  
 Chauca, sed & implent: populus inter  
 Germanos nobilissimus, quiq; magni-  
 tudinè suam malit justitia tueri sine cu-  
 piditate, sine impotentiâ. Quieti,  
 secretiq; nulla provocant bella, nul-  
 lis raptibus aut latrociniis populan-  
 tur. Idq; præcipuum virtutis ac  
 virium argumentum, quod ut su-  
 periores agant, non per injurias as-  
 teqvuntur. Prompta tamen omni-

*of gentibus præcipue ex-  
 positio, ut pote de*

PRÆFATIO

bus arma , ac si res poscat exercitus,  
 plurimorum virorum, eqvorumq̄ &  
 qviescentibus eadem fama. Ptolomæus  
 autem lib. 2. cap. 11. Chaucorum gentis  
 divisionem addit, Partem dicens, qvæ  
 secus Oceanum est, habitant supra Bu-  
 factores Frisii usq̄; ad Amasum fluvium.  
 Post hos Chauci, qvi appellantur parvi,  
 usq̄ve ad fluvium Visurgim. Deinde  
 Chauci majores dicti usq̄; ad Albim flu-  
 vium. Idem facit Plinius, Ubi ait libro  
 16. cap. 1. Sunt verò in septentrione vi-  
 sæ nobis Chaucorum, qvi Majores, Mi-  
 noresq̄; appellantur.

Cæterùm Chaucorum paulatim  
exolevit, inclaruitq̄; Saxonix nomen  
priscis ignotum : Saxones partim sunt  
Ostvali, sive Orientales, qvi hodiè soli  
Saxonum nomen retinent, inter Visur-  
gim, à primo ferè ortu, & Albim usqve  
ad amborum fluminum ostia, Inde eti-  
 am

## P R A E F A T I O N

am in Henetorum terras trans Albim,  
 usq; ad mare Balthicum deducti: par-  
 tim Vuestphali, sive Occidentales. Bre-  
menfes situs (quamvis Vuestphaliæ pro-  
pinquus) inter Ostyalos collocat. Maxi-  
 mè verò omnibus nota decem Circulo-  
rum Germaniæ distributio. Et hæc de  
Chaucis, vel quomodo nūc loquimur,  
Saxonibus & finitimis Bremæ populis  
hîc sufficiant.

De Hanſæ verò societatis civitatib.<sup>let</sup>  
 in Saxonix Chronici libro XXIII Chy-  
 træum audi.

Cæpit, ait, Hanſæ Teutonicæ, seu ci-  
 vitatum in littore Balthico & cæteris  
 Saxonix inferioris partib.<sup>let</sup> societas, fœ-  
 dere certo inter se, ad tuendam liberta-  
 tem commerciorum, & privilegia in  
 quatuor exterarum gentium Empori-  
 is, olim conjuncta; paulo ante Friderici  
 II. Imperatoris ætatem, circa annum  
 Chri-

## P R Æ F A T I O.

Christi millesimum ducentessimum, primò frequentius coire: & paulatim multitudine sociorum, privilegiis Regum, immunitatibus vectigalium, potentia & opibus crevit & amplificata est, ut florentissima post annum millesimum trecentessimum, & omnibus vicinis principibus ac Regibus *ἑλλωτῶν*, usq; ad patrum nostrorum memoriam permanferit.

Civitates numero plures octoginta fuerunt, distributæ primùm in tres, deinde Prussicis accedentibus, in quatuor classes seu Metropoles, (Lubecã, Coloniam, Brunsvigam, & Dantiscũ) ex quibus septuaginta duę adhuc anno millesimo quadringentesimo <sup>a</sup> quarto simul in confessu legatos singulæ habuerunt: hæc & plura Chytræus.

Inter has Lubeca primum, Colonia secundum, Brema tertium, atq; ita reli-

quæ

*a) quadragesimo*

*aa vide post librum dicitur*

PRÆFATIO

quæ civitates suum quæq; locum, & votū antiquitus habuerunt, & adhuc habēt.

Quatuor autem præcipua in exteris Regnis emporia & domus in illis ac collegia & jurisdictiones proprias hæ Civitates tenuerunt, Londini in Anglia; Brugis in Flandria; Bergæ in Norvægia; & Neogardiæ in Russia. <sup>a)</sup> Nomen verò Hansæ ab antiqvo vocabulo Gothico Anses, qvo primarii viri nuncupati fuerunt, derivatum videtur. *f. videtur p.*

*a) Itac & plura Chy. traxit.*

Habet porrò Dioecesis Bremensis præter alia cœnobia virginum, Abbatis as duas Herseveldensem & Stadensem (Paulinam enim superiores anni deglutiverunt) & præter collegium Hamburgense, & duas collegiatas Ecclesias, sanctorū Vuillehadi atq; Stephani, & Ansgarii, quæ in urbe Brema sunt, Cathedralè in primis Collegium Bremenfè.

<sup>a)</sup> Factus autem primus Episcopus dice-  
(c) ce.

*a) Porro b) est*

## PRÆFATIO.

*a) Anglas*

<sup>2</sup> <sup>3</sup> <sup>4</sup> <sup>5</sup>  
 cesis Bremensis, auspicio Caroli Magni,  
 Vuillehadus<sup>10</sup> anno 788, qui cum Bremæ  
 fidelissimi Pastoris munus evangelizan-  
 do peregrisset annos duos mēses tres dies  
 viginti, & Bremenses etiam privilegiorū  
 apud Carolum facta impetratione ad  
 ardentio<sup>2</sup>rem veri Dei cultum excitaf-  
 set, mortuus est apud Rustros in pago  
 Blexen.

<sup>2</sup> <sup>4</sup> <sup>W</sup> <sup>1</sup>  
 Huic successit anno 790 Vuillericus  
 discipulus, eodem ardens cum Magistro  
 suo pietatis zelo, ad prædicandum gen-  
 tibus Evangelium:

<sup>1</sup> <sup>2</sup>  
 Cui anno 840 Leudericus superbus,  
 ita notatus, quòd Pastoris & Custodis  
 Bremensis nomen usurpasset:

Cui anno 850 Ansgarius Archiepisco-  
 pus Hamburgensis & metropolitanus  
 omnium regionum Septentrionalium,  
 sub quo, unione ecclesiarum Hambur-  
 gensis & Bremensis facta, Hamburgensis  
sis,

*Bremensis*

P R Æ F A T I O

sis autoritas sensim obscurata est, ac evanuit.

Successorem habuit Ansgarius ex cleri & populi electione adoptivum filium Rembertum, cujus memoria Frisonibus grata, quique miraculis clarus, & præcipuam curam in eleemosynis pauperum & redemptione captivorum habuisse dicitur, anno 885.

Excipit Rembertum Adalgarius coadjutor an. 888 à clero & populo electus. Cui, cum Pastorale officium circummeundo, prædicando & consecrando Episcopos, obire non posset, dati sunt adjutores à Pontifice circumvicini 5 Episcopi.

Quem post annos XXI. in templo D. Michaelis, quod fundarat, sepultum, Hojerus vir in exigenda disciplina severus, anno videlicet 909:

Quem Reginwardus sequitur 919.

Eodem anno à Cæsare creatur Ar-

(c) 2 chi-

*Sit*

PRAEFATIO.

chiepiscopus Vnni, exemplar Pontificum, qui Christo militans, in oppido Birca, quod tum Suedici regni caput, anno 934 mense Septemb. mortem occubuit.

6

Hujus successor Adaldagus, qui praeter officium pastorale ad aulam quoque accessit. Fuit enim trium Ottonum Imperatorum, quod Regiam suam non raro Vuildeshufi haberent, Cancellarius: Floruit sub Adaldago schola Canoniorum Bremensium. Quod enim publico literarum gymnasia nondum erecta essent, Odincarus, Regio Danorum sanguine natus, Bremensi scholae traditus, & ab Adaldago baptisatus fuit: Quem admodum quoque Osmundum Sueonum Episcopum, & Vicelinum Episcopum Altenburgensem, Sclavorum Apostolum, Bremensis schola erudiisse legitur: Obiit Adaldagus an. 988 *Dominica* incarnationis, &c. Cui

7

PRAEFATIO.

Cui successit Libentius I. Italus, quem Adaldagus ex Italia secum duxerat, vir hospitibus, pauperibus, divitibus æque benignus, nil intermittens, quod optimi patris officium deponere videbatur. Scribitur fratrum sive Canonicorum exemplo vixisse in cœnobio, infirmis quotidiano obsequio ministrasse, & Parochiæ curâ diligentissimam egisse. Vita defunctus est Anno 1013.

In ejus locum Unvuannus Episcopus factus sacellum S. Viti extra Urbem extruxit, & Vuillehadi templum exustum jussit reparari. <sup>a)</sup> Huic Unvuanno tribuitur mutatio morum, atque ordinis Canonicorum. Cum enim antè, ut viri sancti, habitu tantum uterentur Canonico, at regula monastica, in claustro seu Cœnobio viverent, Unvuannus regulam Monasticam ad Canonicam perduxit, ut ex Monachis regulares canonici, &

*a) Vir suspectus Simoni-  
æ & magnificus sed  
in officio diligens*

## PRAEFATIO.

ex his seculares Canonici prodirent.

Demortuus anno 1029 successorem favore Imperatricis Gisle habuit Libentium II. primi ex fratre nepotem, virum Italicum, simplicem & rectum. Is incontinentiæ Cleri osor, & omnibus acceptus. Hujus Libentii tempore Hersevelde, cum antè castrum esset, Ecclesiæ donatum & Cœnobium Monachorum factum est. Exiit Libentius II. de vita anno 1033 Cal. Sept.

Cui successit Hermannus, vir simplex, qui disciplinam claustralem correxit:

*q̄ vir summo dignus  
honore*

Cui Bezelinus, qui & Alebrandus, anno 1036, quiesculentis canonicorum panem album, & potui vinum adjecit, atq; Hamburgum duodecim turribus munivit. Spiritum finiebat anno 1043 Calend. Maji.

Albertus deinde, seu Adelbertus,  
Bo-

PRAEFATIO.

Bojariæ Principibus ortus, <sup>a)</sup> qui Ecclesiæ *Comitibus*  
multa dominia & Comitatus adjecit, <sup>a) vir magnanimus</sup>  
multis periculis & calamitatibus expo-  
situs, variisq; fortunæ eventibus jacta-  
tus, Calend. April. expiravit, anno 1072.

Post illum sub Liemaro homine Ba-  
varo milite, Hamburgensis demum me-  
tropoleos inclinatio: & posthac Epi-  
scopi Bremenses Archiepiscopi vocita-  
ti sunt.

Primus igitur Bremensis archiepisco-  
p<sup>9</sup> fit Hübertus incertæ originis an. 1101: 4

Secundus Fridericus anno 1114: 5

Tertius Adalbero vir insignis pru-  
dentia & religione, anno 1124: 6

Quartus seqvente anno post Adalbe-  
ronis obitum, videlicet anno 1142, Co- 7  
mes Stadenfis Hartvuius I: d

Quintus Balduinus I. Halberstaden-  
sis præpositus, annis gravis, ab Henrico,  
Leone archiepiscopus constitutus fuit  
anno 1168: Sex-

## PRAEFATIO

Sextus Siffridus Marchio Brandenburgensis anno 1178.

Post illum anno 1184 Hardvucius II. pridem Ecclesiae thesaurarius, bellator contra Dietmarfos, ad inopiam redactus & suis non admodum gratus, anno dignitatis XXIII supremum vitae diem obiit,

Anno itaq; 1207 coepit schisma de successione, altercantibus Vualdemaro Dano, Schlesvici Duce, Canuti regis patre, & Gerardo Episcopo Osnabrugensi. Vualdemarus quidem occupavit archiepiscopatum & partem ejus ad annum 1215 tenuit.

<sup>a)</sup> Gerardus hujus nominis primus, auctoritate Papae in Vuoldemari locum jam ab anno 1211 successus, dioecesi praefuit <sup>b)</sup> ad annum C. <sup>c)</sup> 1221.

In quo Gerardus II. Lippiae comes, praepositus Padebornensis Gerardo I. de-

*1215 annum Christi*

*Sum*

*cuis*

*6 annis octo  
et videlicet*

*u*

P R A E F A T I O .

demortuo succedit, & anno 1257 quo etiam in vivis esse desit, ex fratre filium Simonem Episcopum Padebornensem, Canonorum & Militarium consilio, tutorem Ecclesiae Bremensis assumpsit.

Cui anno 1259 Hildeboldus, qui & Hildebrandus, qui Archiepiscoporum primus aliorum Principum stipendia meruit, anno 1275 mortalitatem explevit.

*a) Eius temporibus Bre-  
ma incendio consum-  
pta fuit. Is cum atti-  
gisset XI. dignitatis  
annum.*

Giselbertus autem de Brunckhorst, Kedingorum domitor, antecessori sanguine junctus, anno 1306 in fata concessit. *b)*

*1296.  
b) sub quo Brema res.  
sua igne vexata*

Post illum Henricus I. cognomento Golthorm decrepitis, quatuor tantum mensibus superfuit.

¶ Eo quoque defuncto Florentius de Brunckhorst *d)* exiguo tempore, quod etiam litigando consumpsit, dum ab ipso  
(d) qui-

*c) Et  
s d) decem annis  
quorum partem ma-  
iorem*

PRÆFATIO.

quidē Militares, at civitas pro Bernhar-  
do de Vuelpa, à quibusdā electo, stabat.

Anno 1307 successorem habuit Pon-  
tificis Romani provisione, Johannem  
Lundensem Episcopum, parentibus na-  
tum equestribus, virum varia, præsertim  
ob inimicitias Johannis Ducis Lunæ-  
burgensis Scholastici & Tutoris Eccle-  
siæ Bremensis, jactatum fortuna:

s

Hic Burckhardum Grelle Brema-  
num, an. 1327 hominem plebejo quidem  
genere, sed non plebeja virtute, Milita-  
rium & Bremensium literis Romanæ  
Curia commendatum. Is mortem oc-  
cubuit anno 1344.

s . . .

Postea ad Ottonē I. Comitem in Ol-  
denburg, & Delmenhorst, grandævum,  
an. 1345 Archiepiscopatus pervenit: sed  
ab agnato ipsius Mauricio præcipuè ad-  
ministratus fuit, Ottonem secutus est  
Gotfredus comes Arnsbergi anno 1349.

Is

## PRÆFATIO.

Is post annos decem pauper & calamitosus Siadæ obiit. †

Post Gotfredum an. 1359, Albertus dux Brunsvicensis sumptuosus satis.

*af nimis diocesan in e. gestatem perduxit*

Cui succedit anno 1395 ex fratre nepos Otto II. Episcopus Verdensis, pontifex omni laude dignus:

Cui an. 1406 Joannes II. Slamsdorff, à Ministerialibus & Urbibus expetitus, qui oppignorata ab Alberto prædia ac arces diocesi redemit, & demum anno 1420 in vivis esse desuit.

Postea anno 1421, Nicolaus Comes in Delmenhorst, cum à creditorib<sup>9</sup> premeretur, dignitate permiffa Balduino H. decretalium Doctori, abbati S. Michaëlis in Lunæburg, DEO naturæque concedens sepelitur in monasterio Hude, anno 1437: *ewr* *go*

Balduinus autem Lunæburgi anno 1442. *s*

## PRÆFATIO

Gerardus exinde III. comes Hojen-  
sis in Archiepiscopum electus, vir paci-  
ficus & quieti deditus, ubi vigesimum,  
primum episcopatus sui annum attigis-  
set, obiit supremum vitæ diem anno  
1463.

Excipit Gerardum Henricus II. co-  
mes in Schvartzburg, vir bellicosus,  
qui opera Joannis à Rhoden electus, &  
postea Episcopus Monasteriensis fa-  
ctus, ædificia diœcesis non curavit.

Itaque illo anno 1497 defuncto, suc-  
cessor Joannes Rhode Bremanus hujus  
nominis III. desolatam accipit diœce-  
sin. In præpositura quietius, quàm in  
Archiepiscopatu victurus. Quapropter  
coadjutorem Christophorum Brunfui-  
censem ducem adscilcit, adolescentem  
XIV annorum.

Huic anno 1511 Bremensi & Verden-  
si Episcopo facto Adolphus Dux Hol-  
latiæ,

*Mindenſis*

6

*a) Vir quidem modestus &  
opulentus  
b) eligitur*

*us ... us*

*us ... us ... us ... cem*

## P R A E F A T I O .

fatia, Friderici I. regis Daniae filius, con- <sup>m</sup>  
 fors <sup>a</sup> five coadjutor adjungi voluit : Sed <sup>tem</sup> <sup>a/ eligit qui ta-</sup>  
 cum eum nec Christophorus, neq; om- <sup>men</sup>  
 nes dioecesis ordines admitterent, Pon-  
 tificex verò Romanus, & ab eo incitati  
 Moguntinensis & Trevirensis Electo-  
 res impedirent, biennio ante Christo-  
 phorum obiit.

Quamobrem in utroque Episco-  
 patu anno 1558 fratri succedit Georgius,  
 Episcopus Mindensis, princeps lauda-  
 tissimus.

Et Georgio Henricus III. Dux Sa-  
 xoniae & Vuestphaliae, administrator <sup>a</sup>  
 Osnabrugensis & Padebornensis anno  
 1567, pius, justus & veritatis amans, qui  
 anno 1585 vivis exemptus est, & Vordæ  
 Bremensium ejus corpus terræ reddi-  
 tum.

Itaque quò incolumitati dioecesis re-  
 cte contulatur, <sup>b/</sup> princeps adolescens Jo- <sup>ann</sup>  
 annes <sup>c/ in interregno</sup>  
 (d) 3 <sup>posset</sup>  
<sup>ipem .. tem</sup>

b/ Bremense colle-  
gium

c/ in interregno

posset

ipem .. tem

## PRÆFATIO.

m .. mm .. am .. onem

annes Adolphus Adolphi Holsatiæ ducis filius eligitur, eiq; certa pensio quod tannis attribuitur, donec reparatis castris & prædiis, ante multos annos oppignoratis, adultus ad gubernationem admittatur.

5

Is postea circa annum 1596 fratri Johanni Friderico archiepiscopatum concessit, cui Deus felicem gubernationem largiatur.

*Haec sunt de Bre-  
mensis diocesis  
sine et illius archie-  
piscopis sufficient  
b, sed modo an debeant  
nescio.*

Et hæc sunt, quæ in hoc libello tibi damus lector: an verò perfectum? negabit aliquis, & scio esse, quæ possint ad- di: non certè pro mea mente, cui pro- positum fuit eminentia tantum & pre- cipua colligere, & ea ipsa duntaxat ostē-  
dere in compendio & designare. Omnia si penetrassem aut delineassem, quis finis fuisset? Quamobrem hæc pauca jam in lucem tantum emittere volui. Uberiorem autem historiam urbis, si  
quan-

P R Æ F A T I O

quando confectis propositarum Vigili-  
 arum studiis paulò major ocii libertas  
 acciderit, majore ut spes est, sicuti rerum  
 dignitate & gratia, sic animi alacritate,  
 lætitiáq; in Chronico Hansæaticarum  
 Civitatum prosequemur. Interea æquo  
 animo hæc suscipias te oro atq;ve  
 rogo, Vale lector & pro-  
 missum expe-  
 cta.







TOPOGRAPHIA  
Inclytæ urbis Bremæ, &  
primùm  
DE  
SITU ET COMMODI-  
tatibus ejus.



BREMA infe- *Urbis Bremæ*  
rioris Saxonæ *sita.*  
Urbs ad Visurgis  
ripam celebratiffi-  
sima in Bremensi *argale Diocesi*  
Diocesi, cui no-  
men Bremensis dedit, sita à fronte,  
qva sol oritur, Ducatum Luñebur-  
A gen-

a) spectat: à tergo Oldenburg  
 & Emden comitatus: Ostringiam  
 & Oceani Germanici partem habet  
 Westphaliae comitatus & epi-  
 scopatus, Hojensem videlicet,  
 Diepholt, Ofrabrugensem & Al-  
 derssem à dextero latere; et  
 à sinistro episcopatum Brema-  
 sem cum Wurster & Stadlen-  
 ditionibus, oceanique Germa-

nici reliquam partem & Holfatiam.  
 Item Comitatibus  
 ad navigan-  
 dum  
 tabula 1. & 2. allatum  
 ab p. 7. Visurgis in p. 10.

gensem & Verdenssem Episcopa-  
 tum: Ab occasu verò Comitatus  
 Oldenburgensem, & Delmenhor-  
 stanum, à septentrione Diæcesin  
 Bremensem respiciens, versus meri-  
 diem verò Comitatum Hoyensem,  
 & ab ea quoq; parte Visurgim præ-  
 terlabentem habet, uti ex prima &  
 secunda tabula, hîc insertis, videre  
 est.

Visurgis autem, qui urbis mœ-  
 nia alluit, in Franconiæ finibus &  
 Thuringiana sylva, quæ & semana  
 & Bacenis, ortus, & inter Hessiam  
 & Thuringiam prolapsus, per Du-  
 catum Brunsvicenssem & hanc Sa-  
 xoniæ portionē, in Oceanum exit:  
 Ideoq; civium navigationibus ad  
 exteras nationes maximo est adju-  
 mento. Hinc præter eos, quos agri  
 hæreditarii beant, cæteri pleriq; pri-  
 marii

<sup>3</sup> marii in <sup>4</sup> hac <sup>5</sup> urbe <sup>6</sup> ex <sup>1</sup> mercatura <sup>2</sup> vi- <sup>7</sup>  
 vunt. Vino equidem nativo carent,  
 sed cerevisiam & albam, ut vocant,  
 & rubicundam <sup>a)</sup> coqvunt optimam,  
 qvæ in vicinas etiam regiones tran-  
 sportatur: Ita & magna ex hoc com-  
 moditas, qvod per Visurgim, præ-  
 ter fruges, alia qvæq; humano usui  
 necessaria advehi & abhinc ad  
 Vvestphalos, Brunsvicenses, Hessos,  
 Thuringos & Francos, omnis ge-  
 neris commercia, & butyri, caseo-  
 rum, hælecum, salсарum muriatica-  
 rumq; & torrefactarum, passerum,  
 salmonum, aellorum alborum & a-  
 refactorum & aliarum rerum maxi-  
 ma copia, deferri possint. Estq; Vi-  
surgis selectissimorum piscium fe-  
rax, ut de Brema verè scribi queat,  
ei nec ad piscandum aquæ commo-  
ditatem, nec navigationes deesse,

a) provide

Visurgis ope,

Modus autem navigationum  
 & itinerum ex sequentibus  
 tabulis, tertio videlicet ac  
 quarta patet.

ad rem videtur infra bit p. 17.  
 nullam de re dicitur fore.  
 fuisse: Porro et ad ca.  
 pag. seq.

quibus etiã remotissima quæq; orbis scrutentur, & quæ ad commodè vivendum facere possunt, domum referant.

a) Porri, & adia, & edificand  
unde dicitur, re. dum,  
u. r. r. q. u. id

a) Abundantia quoq; calcis ad construendas domos, quam ex cochleis marinis coqvunt, laterum item, lapidumq; ac tignorum copia Bremæ habetur: quorum sanè omnium usus sic perfacilis atq; in promptu est, quando hæc omnia non multo labore ex proximis regionibus fluminis commodo facilè advehantur.

b) referam ?

ac demum illius agri fertilitas

Quinetiam Brema agrum habet fertilem, planum, ruraq; pascua latissimè patentia, adeò ut pauci sint cives, qui non vaccas suas, & boves, aliasq; pecudes alant. Pauci quidem ad Visurgis ripam sunt colles steriles & campi arenosi, sed nullius tamen momenti, cum in hoc quoque loco

c) quorum causa, uti & adiacentium camporum, anno millesimo quingentesimo trigesimo in urbe perniciosa & inuenta seditio & controversia intericleros & canonicos commota & per triennium continuata fuit.

loco reliqui agri fertilitas defectum implet.

Præfecturas Brema habet multas; quarum prima Viehlandica in circuitu quinque; ferè miliaria continet: Trans Visurgim sita est pinguis-  
& in præfecturas divisio, Viehlandicã videlicet,  
 sima glebe, & fertilissimis agris & pascuis letissimis abundans. Comprehendit parochias tres, pagos tredecim.

Cæteræ cis Visurgim sitæ sunt: Hollerlandicam,  
Hollerlandica priori amplior continens parochias tres, pagos tantum quinque; sed amplios.

Borchveldicæ autem, quæ continet parochiam unam, dimidia pars est familiæ Brandorum. Borchveldicam,

Blocklandica ad Vuummam, Blocklandicam,  
 una itidem constat parochia, at satis ampla, ex fœno & piscatione victum quaritans.

*Vuerderlandica.*

Vuerderlandica arenosa est in meditullio, quâ verò Visurgim & Vuummam contingit, præsertim quâ Vuumma in Visurgim se exonerat, opima habet pascua. Constat parochiis tribus, pagis novem.

*Blumenthal.*

Vuerderlandicam trans Vuummam, quæ tum Lesmona appellatur, excipit præfectura Blumenthal, quæ unam quidem parochiam, at pagos sex continet:

*Nyenkercken.*

Blumenthalum præfectura Nyenkercken, quæ unam itidem parochiam habet, at pagos amplissimos.

*Bederkesa-  
nam.*

Ultra Gestam fluvium ad Visurgim situm est Forum Leeh, & univèrsa præfectura Bederkesa, cum arce ejusdem nominis. Hujus præfecturæ circuitus est novem miliarium. Habet sub se parochias septem, at pagos circiter novenos.

Ve-

Verùm de his plus satis , ad urbis  
igitur formam & opera , ædificio-  
rumq; descriptionem insertis priùs  
ad hanc partem tabulis maxi-  
mè necessariis & utilibus,  
mox properabi- *nunc*  
mus.



TAB.

TABV-

*Item supra usq. ad p. 29. fuffat dnu. curus dnu. Ebert  
prope alimus unq. virgus. Tanta fuffat ab. a. glia. de forma*



*de operibus urbis  
v. i. p. 1.*

## SPECTATORI.



ARTE hujus operis prima absoluta, en spectator candidè, ejus chorographiam nunchabes in decem tabulas distinctam & expassam. In quarum prima ante oculos ponitur situs urbis Bremæ respectu finitimorum populorum, ex secunda, tertia & quarta naucleris navigationum commoditas patet, ex quinta, sexta, septima, octava, nona, topographia præfecturarum urbis, & decima Chaucorum sedes. Ex his tabulis, benigne spectator, oculum alterum hujus historię urbis Bremanæ verè habes. Multa enim in

Handwritten notes at the top of the left page, including the title "TABULA PRIMA" and other illegible text.



Handwritten text at the bottom of the map, possibly a scale or a note.

SPECTATORI.

ea occurrunt, quæ nisi aliqua loco-  
rum cognitione polleas, benè intelligi  
non possunt. Itaque multò jucundior  
erit illorū lectio, si in chartis illis cho-  
rographicis, ceu in rerum speculo, licu-  
erit quasi rem præsentem, res gestas, &  
loca in quibus gesta sunt,  
intueri.



*Inflet vng*

## TABULA PRIMA.

**H**ÆC tabula comprehendit & exhibet totius orbis & Oceani Germanici effigiem, quem orbem olim Chauci & Frisii inhabitauerunt, quem verò nunc Saxones & Frisii tenent. Atq; ideo cognitionem situs urbis Bremana dat faciliorem, respectu videlicet finitimorum populorum, Frisorum tam Occidentalium, quàm Orientalium, Oldenburgerisum, Westphalorum, Benthemensium, Lingensium, Osnabrugensium, Hemmerlingiorum, Diepholensium, Hoyensium, Mindensium, Monasteriensium & Ravensburgerisum: Brunsvicensium & Luneburgensium: Verdensium, Bremensium, Lauenburgerisum Saxonum, Lubecensium, Hamburgerisum, & Holsatorum, Ditmarsorumq;.

Loca verò numeris signata hæc sunt,

- 1 Schmermonicoch,
- 2 Wangerogh,
- 3 Trahemunda Lubecensium portus,
- 4 Bramstede,
- 5 Hertzhorn,
- 6 Stuppendorf,
- 7 Lauenborg, Saxonie inferioris Ducum sedes,
- 8 Ritzbuttel castellum.
- 9 Himmelport,
- 10 Ovelgunne,
- 11 Rentelen,
- 12 Stadthagen,
- 13 Nienburg castellum & oppidum,
- 14 Oberrn Rotenburg,
- 15 Niderrn Rotenburg,
- 16 Bergervuolde,
- 17 Wulfsenbuttel, Ducis Henrici Julii sedes.





## TABULA SECUNDA.

**I**Ntribus sequentibus tabulis navigationis commoditas manifestè potest conspici. Nam in prima Visurgim navigamus, & ejus vasa, vada, loca arenosa, cum plana, tum pulvina monstramus. Vasa, quæ in fluvii decursu visuntur, tonnas vocamus, & sunt conica, id est, parte superiore, rotunda & ampla, inferiori



ri autem acuminata & pice aut navali, aut liquida obducta, solventibus à dextris, appellentibus à sinistris ut plurimum posita.

Hæc verò signa eminentiora, vulgò Baken, sub hac forma pulvinis affixa, quò melius à longo quantum ant conspici.



# TABULA PRIMA.

**H**ÆC tabula comprehendit & exhibet totius orbis & Oceani Germanici effigiem, quem orbem olim Chauci & Frisi inhabitaverunt, quem verò nunc Saxones & Frisi tenent. Atq; ideo cognitionem situs urbis Bremana dat faciliorem, respectu videlicet finitimorum populorum, Frisorum tam Occidentalium, quàm Orientalium, Oldenburgensium, Westphalorum, Benthemensium, Lingensium, Osnabrugensium, Hemmerlingiorum, Diepholensium, Hoyensium, Mindensium, Monasteriensium & Ravensburgensium: Brunsvicensium & Luxemburgensium: Verdensium, Bremensium, Lauenburgensium Saxonum, Lubecensium, Hamburgensium,

& Holsatorum, Ditmarsorumq;.

Loca verò numeris signata hæc sunt,

- 1 Schmermonicogh,
- 2 Wangerogh,
- 3 Trahvemun<sup>da</sup> Lubecensium portus,
- 4 Bramstede,
- 5 Hertzhorn,
- 6 Stuppendorf,
- 7 Lauenborg, Saxoniam inferioris Ducum sedes,
- 8 Ritzbuttel castellum,
- 9 Himmelport,
- 10 Ovelgunne,
- 11 Rentelen,
- 12 Stadthagen,
- 13 Nienburg castellum & oppidum,
- 14 Oberrn Rotenburg,
- 15 Niderrn Rotenburg,
- 16 Bergeruolde,
- 17 Wulfenbuttel, Ducis Henrici Julii sedes.





## TABULA SECUNDA.

**I**Ntribus sequentibus tabulis navigationis commoditas manifestè potest conspici. Nam in prima Visurgim navigamus, & ejus vasa, vada, loca arenosa, cum plana, tum pulvina monstramus. Vasa, qua in fluvii decursu visuntur, tonnas vocamus, & sunt conica, id est, parte superiore rotunda & ampla, inferio-

ri autem acuminata & pice aut navali, aut liquida obducta, solventibus à dextris, appellentibus à sinistris ut plurimum posita.

Hac verò signa eminentiora, vulgò Baken, sub hac forma pulvinis affixa, quò melius à longo quæant conspici.





## EXEGESIS TABU- LÆ TERTIÆ.

**P**ER navigato Visurgi duplex instituemus iter, alterum ad Belgas, & ad Septentrionales populos alterum. Ad Albim autem navigaturis primum occurrit Opus Novū, vulgò dicitur Werck (num. 1.) curris & in summo maris astu insula. Ibi vasa incipiunt, quæ modo non eundem, quem olim, tractum occupant, sed secundū vada nova posita ad Håburgū usq; Saxonicarum gentium celeberrimum Emporium. Varia quoq; sunt portuum Albis commercia. In Staden si verò præcipuum est pannorum Anglicorum.

Ceterum vada hujus fluvii

arenosa hæc habes: 2 Vogelsandam. 3. Nortgrunden. 4. Tonningen. 5, Rømerder sand: 6, Pilgrom sandt: 7 De Memme.

Ad Eidoram, Holsatorum & Cimbrorum fluvium navigantibus primum obstat de blauve ort dictum (nu. 8.) Dein (9) de Nievue gronden. (10) Hecke sandt: 11, de Koberch, mons, 12 Ulkesandt. 13 Londen oppidum Diermarsia, 14 Meldorpium.

15 Insula sancta, vulgò Heilichlandt.  
16 Eitersteda territorium.  
17 Stranda insula.  
18 Ameren insula.  
19 Huysen, 20 Tonderē oppida.  
21 Siltain insula.  
22 Rima insula.

23 Ri-



AMERICA  
MAGNUS OCEANUS

- 23 Ripa, oppidum Iutia.  
 24 Vadū Diaboli, vulgò Deu  
 felsandt & den Reefhorn.  
 25 Ryncopen oppidum.  
 26 Iutsche Riff, vadum areno-  
 sum, a quo ad Scagam usq; du-  
 rum & periculosum habes lit-  
 tus, a quo summo studio cavē-  
 dum. Multa enim naves ibi  
 naufragium patiuntur.  
 27 Lesou insula undiq; vadosa.  
 Scaga verò est promontori-  
 um Iutia, quæ Cimbrica  
 Cheronesus.  
 28 Alburgum celeberrimum Iutia  
 emporium, unde hor-  
 dei & bynes copia, nonnulla  
 tergora, sepum & similia a-  
 vehuntur. Cæteri, quos di-  
 ximus, portus bonum præter-  
 ea magnam copiam & adipe-  
 pes exhibent.  
 29 Stephani caput seu promon-  
 torium.  
 30 Haselina, 31 Syero 32 Gro-  
 te Helm. 33 Wero. 34 Sam-  
 foe insule.  
 35 Randenhusen, 36 Grimste  
 seu Grina, 37 Aarhusen. 38  
 Horsenes, 39 Weel, 40 Co-  
 linum, 41 Hadersleve &  
 Hansborch oppida in maris  
 ostio sita.  
 42 Knutium promontorium.  
 Nyburgum oppidum: 43  
 Ræmps insula.
- Tractus hic multos continet  
 portus. 44 nimirū Flensbur-  
 gum, Hadersleve, Apërade,  
 Melver seu Middelfar, alia-  
 q; oppidula plura, in quibus  
 naves onera suscipiunt, adipe-  
 pē videlicet, & omne sevi ge-  
 nus, aliasq; merces, naves ni-  
 mirum avellanas, hordentum,  
 bynen, triticum, siliq; inem,  
 & similia.  
 45 Nieborch.  
 46 Travius fluvius, (47) & Tra-  
 vemūda Lubecensiu portus.  
 Navigatio verò occidentem  
 versus fit secum insulam Wan-  
 geroog 48, deinde 49 Harle,  
 50 Spykeroogh insulam, 56  
 Wichteri & Buys diep vada,  
 57 Buysen insulam, 58 Inyft  
 insulam.  
 Amasi introitus duobus mo-  
 dis fit: Alius (59) secum Bor-  
 komi litus, & dicitur Ama-  
 sus orientalis. (Borkomus au-  
 tem insula est, & ad eam (60)  
 vadum arenosum Ranseli-  
 um): Alius 61 dicitur Ama-  
 sus occidentalis, & fit in alte-  
 ro latere Borkomi in conspe-  
 ctu insule Bosch 62, ad o-  
 ram 63 insule Rottomi. ubi 64  
 Harnick banck & 65 va-  
 dum arenosum Huberti, seu  
 Ruydt,

TABULA TERTIA.

14

Ruydt, quod 66 sequuntur  
Embsborna & 67 de Paep va-  
da, quorum postremum  
est ex aduerso Delfsyla, 68: as-  
demum 69 vadum Ritterlands  
& (70) insula Nesserlandia e  
regione Embdena urbis Frisia

Orientalis, & maritimis com-  
mercii florentis ob longè ope-  
tunum & per amplum portum.  
Groninga verò & Frisia Occi-  
dentalis butyri, caseorum, lar-  
di, hordei, fabarum, pisorum  
& similium ferax est.

Et hæc de tabula navigationum secunda.



ENAR-



EMER



ENARRATIO ET  
EXEGESIS NOTARUM  
seu numerorum tabulæ  
qvartæ.

**H**Æ tabula quarta est navigationum, tertia, seu continuatio precedentis, exhibens totius Scandinaviae, Angliae, Hyberniae, Frisiae &c. regnorum & provinciarum fines, populorum, urbium, oppidorum maritimorum, fluviorum, lacuum, insularum, scopulorum, promonteriorum mari imminentium situs, magnitudines, positiones, portuum commoditates, sinuum flexuras & alia ejusmodi multa.

Notarum autem, seu numerorum explicatio est:

1. Comitatus Oldenburgerensis.
2. Budjadi Frisii.
3. Iada fluvius, Frisia Orientalis urbs Embdena.
4. 5 Occidentalis Frisia Groninga.
6. Dollaert & Amasus seu Amasia, vulgò Embs, fluvius.
7. Amelandia insula.
8. Mare Australe vulgò Zuzyder Zee.
9. Campena,
10. Svuolla,
11. Deventria urbes Transisellana.
12. Amstelrodamum emporium celeberrimum, tanta mercium,

- um Orientalium & Bore-  
alium regionum varietate  
& negotiatorum commer-  
ciis frequens, ut in tota Eu-  
ropa non habeatur secu-  
dum.
- 13 Horna nobilis Hollandia  
ad mare Australe civitas,  
ubi propter navigationem  
magna & optimorum ca-  
seorum & butyri cum fre-  
quentia, tum distributio.
- 14 Enckhusa urbs maritima  
celebris, ubi in mari  
Australi, haud procul ab  
urbe, certo anni spaciota-  
ta halecum capitur copia,  
quanta una tempestate A-  
caciis & Cymbis, vulgò  
Buysen, Bootz & Pincken  
dictis, per Mosam vehitur  
& venundatur. Ex qui-  
bus preparantur haleces  
passi siue infumate, vul-  
gò Bucking, presertim  
circa natalitium Christi  
diem, quae magnatibus in  
deliciis & divitum xenia  
sunt. Quae verò Martia,  
vulgò Maerischen Buckin-  
ge, non sunt ejusdem pretii.  
Maxima verò copia ve-  
hatur adverso Albi Ham-  
burgum, adverso Visurgi  
Bremam, & abhinc in  
Germaniam, in Bobemi-  
am, in Hungariam: &  
jamdudum secundo Da-  
nubio in Asiam minorem,  
quae Turcia, in qua prae-  
erea in deliciis habebantur.
- 15 Vliam, & 16 Maersdipa  
maris Australis ostia.  
Texelia insula est.
- 17 Briel Hollandia oppidum  
insulare.
- 18 Delfshafen.
- 19 Rotterodamum ad Mo-  
sam urbs, ubi magna Aca-  
ciorum & Cymbarū vul-  
gò Buysen & Pincken, &  
halecum muriaticarum  
commercia.  
Dort, Dordracum, oppi-  
dum Hollandiae elegans.
- 20 SELANDIA Comita-  
tus.
- 21 Goere insula parva cum  
oppido.
- 22 Brovershasia & Ziriczee,  
ubi sal, quod ex Gallia &  
Hispania ingenti advehi-  
tur copia, purificatur & in  
albedi-

TABULA QUARTA

- albedinemcoquitur.
- 23 Bevelandia Zeelandia  
pars.
- 24 Goësa oppidum.
- 25 Bieruict.
- 26 Scaldis fluvius, ad quem  
sita est Antverpia famo-  
sissima, jam dudum empo-  
rium toto orbe celeberrim-  
um.
- 27 Vlissinga oppidum muni-  
tissimum è regione Flan-  
dria in insula VValcheria  
Zeelandia situm:
- 28 In qua etiam Middelbur-  
gum emporium percelebre,  
omnium vinorum, tum  
Gallicorum, tum Hispa-  
nicorum forum: qua ma-  
gna illuc advehuntur co-  
pia, distribuuntur & ven-  
duntur.  
Ostia verò Zeelandia pra-  
ter ascriptum nomen hoc  
signo notari placuit. \*
- 29 Vittebanck vadum are-  
nosum.
- 30 Blanckenborg: 31 Osten-  
da, qua per triennium  
ab Hispanis obsessa vires  
suas ostendit: 32 Neopor-  
tus:
- 33 Sluysa:
- 34 Brugga:
- 35 Gendavum:
- 36 Broersbanck,
- 37 Duynkercke:
- 38 Grevelinga Flandria op-  
pida.  
Cales Gallia oppidum muni-  
tissimum.
- 39 Suartenes:
- 40 Oudemans turris, ubi tu-  
ta navium statio saviente  
Borea:
- 41 Buenen:
- 42 Monstroul:
- 43 Somona fluvius parum  
profundus.  
Diepa, ubi portus maris flexus  
& reflexu gaudens. Ma-  
gna tamen navi ante me-  
dium maris aestum non po-  
test intronavigari.
- 44 Sequana fluvius & ejus  
promontorium. Ab hoc  
introrsum portus novus,  
Hableneuff, ubi anchora  
ejici possunt & Maris aestu  
adverso fluvio Rothoma-  
gum navigari.
- 45 Fossa Cadomi.
- 46 Promontorium Tribotis,  
vulgò Cherboarg, ubi se-  
cura

- auranavium statio savien-  
viente Borrholbyco.
- 47 Promontorium Haga.
- 48 Aldernacum insula.
- 49 Gerzeja insula.
- 50 Guerniceja insula.
- 51 Dinant fluvius, ad cuius  
ingressum multi sunt sco-  
puli.
- 52 Maclovium, vulgò S.  
Malo, oppidum.
- 53 Vribach insula.
- 54 Septem insula, post quas  
Portus Albus Britan-  
nia.
- 55 Insula les Bas & sinus  
Roscavia.
- Heisandainsula.
- 56 Les Chemenies scopuli.
- 57 Bredesunda. 58 les Seems  
quamplurimi scopuli. 59  
Penmarchia occidua, por-  
tus maris estu gaudens:
- 60 Matina insula: 61 Groja  
insula.
- Bell quoque est insula Bri-  
tannia in tres partes divi-  
sa, quarum media portum  
habet securum.
- 62 Ligeris Nannetensium flu-  
vius, in cuius exitu est ru-  
pis perforata, quæ tãquam  
porta perspicì potest.
- Nannenum autem optimum  
Britannia emporium, in  
quo vina Aureliana.
- 63 Armenterium abbatia,  
ubi sinus, è cuius regione  
Piquelirium promonto-  
rium & Petermenne sco-  
pulus, qui utrinq; præter-  
navigari potest.
- S. Martin insula est.
- 64 Urkum mons & turris.
- 65 Rochelle urbs Gallia mu-  
nitissima.
- Navigatio ad Septentrio-  
nis populos hæc est.
- 66 Diæcesis Bremensis, 67  
Novum opus.
- 68 Insula sancta vulgò Hei-  
lich land.
- 69 Ditmarsia.
- 70 Schlesvnic.
- 71 Holsatia.
- 72 Lubeca.
- 73 VVismaria, portus egre-  
gius omnigenis navigia  
conveniens.
- 74 Rostochium, ubi portus  
onerandis Dromonibus a-  
ptus.
- 75 Barts.
- 76 Stralsunda.

TABULA QUARTA.

- 77 Rugia insula, inter quam & urbes Barts, Stralsundam, & Gripsvvalde mare Dromonibus tantummodo parvis est accommodatum.
- Meckelburgica verò regio siliginis, tritici, sevi, ligni, & pellium non exiguam copiam edit.
- 78 Stetinum emporium celebre ora Pomerania habent, unde tritici, siliginis, hordei magna auerbitur copia.
- 79 Borussia celebra emporia habet quinque: nimirum Gedanum, seu Dantiscum, (80) Melvingum, 81 Brunsbergam, (82) Montem Regium, & (83) Memelingum. Quorum primas tenet, Dantiscum, cornucopiae. Ibi enim abundantia etiam tritici, siliginis, tignorum, picis & navalis & liquida, lini, cannabis, aliarumque innumerarum mercium preciosissimarum.
- 84 Strictum Rigense.
- 85 Offelia insula & Aberburgum, ubi naves onerantur hordeo, byne, pice, omnis generis adipe, & pellibus variis. Habet & alios portus hac insula navibus onerandis aptos, inter quos etiam Vicus.
- 86 Dagerort turris.
- 87 Sinus magnus Rigenfis. Riga Livonia metropolis, ubi naves tritico, siligine, asseribus, vulgò Claphout, [quae victorum materia] & VVaghsect (scriniariorum) cera, lino, cannabe, pice & navali & liquida, tergoribus cum siccis, tum salitis, velleribus & aliorum animalium pellibus, similibusque rebus pretiosis onerantur. Revalia item celebre emporium Livoniae iisdem, qua modo diximus, clarum.
- 88 Narva.
- Sed finita navigatione in Russiam usque, jam reditur ad Angliana littora & portus. Doverina seu Doura Anglia.

- 89 Tychestrum, ubi portus spatiosus & amplius.
- 90 Arondela.  
Vectis insula, & è regione ipsius Portus magnus, vulgò Porsmuthen.
- 91 Porthlandia promontorium.
- 92 Dermutha portus & Gonsterum promontorium.
- 93 Arietinum promontorium, vulgò Ramshoof.
- 94 Promontorium Dode-manni.  
Lisærdam, promontorium.  
Serlinga insula.  
Hæ regiones præter pannos & lanos nihil venale habent.  
A Doverino autem, ad Scotiam usq; hi portus, hæc emporia clarent.
- 95 Tvorlandt prominens Angliæ terra.  
Londinum ad Tamesin fluvium urbs regia & portus celeberrimus: quem deinde in maris littore sequuntur portus Colchester, Hervuitz, Oceli, vulgò Iermuda, Blackney, Bor-
- ni, ostium Abubi vulgò Hombre, portus Baristoni, Flamburgi, Philay, Scharenburgi, Withbuy portus seu fluvius maris æstum recipiens, sinus Teesa; ubi portus egregius ad africanum introrsum tendens, Sonderla promontorium, (96) Tinmude arx & Newcastle ostium (97.) In quibus regionibus & portibus multa fiunt commercia, præsertim pannorum Anglicorum, lana, cerevisia, carbonum fossilium, lignorum combustibilium, tritici, hordei, malta, sardarum passarum & aliarum mercium.
- Deinde Scotia ora maritima & portus sunt
- 98 Lindisfarna insula, vulgò ð heilich landt, Edinburgum num. 99. totius Scotia emporium celeberrimum,
- 100 S. Andreas & studiorum & mercium domus,
- 101 Donda civitas ad fluvium ejus-

TABULA QVARTA.

- um ejusdem nominis,
- 102 *Marosius portus,*
- 103 *Promontorium Seyn-  
hooft,*
- 104 *Portus Aberdini: qui-  
bus Scotici panni grossi fri-  
setta, carbones fossiles, pa-  
rumq; hordei & bynes, qua  
portuum istorum commer-  
cia, avehuntur.*
- 105 *Orcades insula.*
- Post Angliam iter Norvve-  
giam versus instituatur;  
primò à Nuesa ostio ad  
Finmarchiam & Lappi-  
am: deinde secundum Da-  
nia & Suetia Littora in  
Viburgum Finlandia ori-  
entalis, & Rutheniam.
- 106 *Nuesa ostium, ad quod  
scopulus vulgò Bischops  
Buede, qui sinus meditul-  
lium occupat.*
- 107 *Mansunda ostium ubi  
navigantibus scopuli, qui  
ad dextram sub undis la-  
titant maximè fugiendi.*
- 108 *Selloer:*
- 109 *Galmesel:*
- 110 *Wintersonda:*
- 111 *Lindesnes promontorium*
- Norvvegia,*
- 112 *Vulpes scopulus*
- 113 *Ecksond:*
- 114 *Serenoch,*
- 115 *Vualbert:*
- 116 *de Tedder*
- 117 *Scorpena insula:*
- 118 *Rodho:*
- 119 *Drontem Norvvegia me-  
tropolis, qua & Nidrosia.*
- 120 *Gryp insula:  
A Nuesò Suetiam versus nu.*
- 121 *Clova,*
- 122 *Heligersonda Scara.*
- 123 *Vleckerorta sinus, ostium  
& insula:*
- 124 *Sinus de Vos dictus:*
- 125 *Ripervicum:  
Wolfsonda insula tria ha-  
bet lapidea signa, vulgò  
Wardres dicta.*
- 127 *Hamersonda ostium:*
- 128 *Hesnesia peninsula:*
- 129 *Mordava ostium.*
- Mordava ostio & insule  
bina sunt saxea & eminent-  
tia signa: inter colles, vul-  
gò Nienholmen & insu-  
lam intronavigatur, ubi  
saxum cacè, insule nimi-  
rum propinquius.*
- Cunctis prædictis portibus  
ave-*

- avehuntur trabes querna,  
sigilla, tigna & omnigena  
roborea ligna: nonnulla  
quoq; affamenta, aliq; af-  
feres.
- 130 Tromsunda ostium.
- 131 Oxvorda sinus.
- 132 Longena:  
Distat inde Santforda  
milliariis ad ortum binis,  
juxta quā pulvinus in ma-  
ri, qui nonnullis in locis  
tres, quatuorve tantum  
altitudinis continet orgyas  
& circa Kiel desinit.
- 133 Kiel sinus
- 134 Virginalis insula:
- 135 Portus regius.
- 136 Langefonda oppidum:
- 137 Nessa.
- 138 Ansoa
- 139 Schonvuater fluv:
- 140 Copervicum:
- 141 Akerfonda:  
Portus terra Borhapeloti-  
ca 142, ubi moderno tem-  
pore precipua halecum ca-  
ptura, quam olim habuit  
Masterlandia. Ex præ-  
scriptis portibus avehun-  
tur affamenta, serra ex ma-  
lis secta; præterea & ma-  
gni & parvi mali, canterii,  
sigilla, circuloꝝ mate-  
ria, ligna combustibilia,  
& materia similes adificiis  
apta.
- 143 Distelberch
- 144 Britto.
- 145 Koyhil
- 146 Refsunda portus ad Els-  
burgum,
- 147 Vnaersberga,
- 148 Valckenborch,
- 149 Helmstc.  
Collest promontorium:
- 150 Elsenburgum,
- 151 Falsterbon.  
Hic vicus halecum captu-  
ra olim celeberrimus, qua  
tamen intra paucos annos  
evanuit & in Noruegiam  
migravit
- SEELANDIA Dania pars,  
insula est omnium maxi-  
ma, ac precipua, caputq;  
Danici regni. In ea sunt  
tredecim oppida, arces Re-  
gia septem cum plurimis  
pagis. Urbs autem hujus  
insula metropolitana est  
num. 152 Codania sive  
Coppenbaga. seu Mercato-  
rum portus, qua & Hafnia,  
eademq;

eademq; habitatio regum  
 & precipuum emporium  
 tam studiorū, quam com-  
 merciorū. Roschilda Epi-  
 scopalis est civitas, olim  
 potens ac munita, Regumq;  
 monumentis decorata. Est  
 etiā Helsingura vulgò Hel-  
 sinor ad maris ripam, ubi  
 sinus Codanici Regium  
 vectigal à nautis absolvi-  
 tur: Quo etiam in loco est  
 Cronenburghum arx inter  
 regias munitissima ac o-  
 mnium ad bellum spectan-  
 tium copia optimè provisa.  
 Hac respicit arcē Elsbur-  
 gum Scania. 153 Inter El-  
 senorum autem & Elsbur-  
 gum est fretum, sinusve Co-  
 danus, vulgò die Sond. An-  
 gustia illius milliare Ger-  
 manicum in latitudine non  
 excedunt, ubi videlicet na-  
 ves omnes, quæ à Baltico  
 mari in Oceanum perna-  
 vigant, anchoris fixis tan-  
 diu harere tenentur, donec  
 vectigal vectura ac mer-  
 cium omnium, quas dese-  
 rant, in oppido Elsenoro  
 persolverint.

Anhout insula parva. 154  
 Haselina. 155 Kallenbur-  
 gum Selandia oppidum.  
 156 Fuinen insula, quæ &  
 Fionia, primum tenens lo-  
 cum inter ceteras post Sec-  
 landiam, lata fertilissima,  
 & frugifera maximè sili-  
 ginis, tritici, eorumque ac  
 bonum, quorum omnium in  
 Germaniam maxima co-  
 pia mittitur. 157 Lalan-  
 dia insula prope Seelandi-  
 am jacet maris angustia  
 discretæ. Hac frumenti, A-  
 vellanarum nucum est a-  
 deò ferax, ut naves eis o-  
 nusta plures in provincias  
 deferantur.

Multiplicia sunt harum re-  
 gionum commercia: tra-  
 dunt adipem & omne sevi  
 genus, aliasq; merces, nu-  
 ces avallanas, hordeum,  
 bynen, triticum, siliiginem,  
 pelles, tergora, & id genus  
 alia.

158 Bornholm insula com-  
 pascua, quæ innumerans  
 trit pecora:

Olandia 159 insula longa  
 & angusta, 160 Som-  
 merha-

TABULA QUINTA 21

merhafen. 162 Calmaria.  
165 WesterWick;

Gotlandia insula celebris Da-  
norum, cujus portus cele-  
berrimus Vuisby, olim ci-  
vitas.

Nicopen civitas maritima va-

lidissima & emporium fre-  
quens.

Stockholm urbs arte & natu-  
ra munita.

Upsal archiepiscopalis olim ci-  
vitas.

Et huc usq; de tabulis navigationum  
commoditati dicatis.







# EXPLICATION O- TARUM TABULÆ

QVINTÆ.

**Q**uinque sequentes ta-  
bula prefectura-  
rum Urbis deline-  
ationem exhibent.

Quarum prima generalis to-  
pographia territorii Bremen-  
sis, reliquæ partium eius in  
prefecturas.

Numeri verò, quos passim  
huic tabula insertos vides,  
hac designant loca, nempe

1 Kirchhuchting, 2 Grol-  
land, 3 Mittelhuchting,  
4 Bruchhuchting, 5 Nie-

land, 6 Habenhausen, 7 Wolt-  
marshausen, 8 Lanckenau, 9  
Rablinghausen Viehlandia  
pagos. 10 Hemlingen, 11  
Schvvachhausen, 12 Oslebes-  
hausen, Moerlose Kercke, 15  
Nedersburen, 16 Lobbendorff,  
17 Oumüder foert, 18 Schwva-  
neken foert, 19 Goesper moele,  
singulos pagos: & in prese-  
ctura Bederkesana, 20 Lan-  
gen, 21 Siverden, 22 Alne-  
stede, 23 Valckenborch, 24  
Grote Heine.

TA-



## TABULAE SEX- TÆ declaratio.

**T**erritorii Urbis Bre-  
mae praefectura pri-  
ma est Viehlandia,  
sita inter Visurgim,  
Ochtumam vulgò Ucht flu-  
vius & fossam, qua vulgo der  
Varlegrabe. Dividitur autem  
Viehlanda in Superiorem &  
Inferiorem, quarum hac inter  
Ochtumam & Visurgim tan-  
tùm, illa verò inter Visurgim,  
Ochtumam, & fossam illam;  
utraqve tamen est pinguis-  
simi fundi, reddens opima pas-  
cua. Ad orientem Hollerlandiam  
spectat, ad Septentrionem Wer-  
derlandiam. Versus occasum,  
ei confinis est comitatus Del-  
menhorstani, & ad Meridiem  
comitatus Hoyensis. Sedes in  
utraqve Visurgis ripa positus  
comprehendit arces & oppida  
Barenborg, Erenburgum, Ny-  
derbroeckhusen, Vuyhe, Ted-  
dinghusen, Hoyam, Olde-  
broeckhusen, Nyenburgum op-  
pidum & arcem munitam, &  
Stoltenau, quorum postea in  
parte tertia hujus libri fiet  
mentio.

TA-





## TABULAE SEPTIMÆ declaratio.

**S**eptima dein tabula Hollerlandiæ, Blocklandiæ, Borchveldiæ, & Vuerderlandiæ præfecturarum urbis typum exhibet.


Hollerlandia saltuosa est & à meridie Bremensis diœceseos partem, præfecturam scilicet Langedelam, quæ Verdensæ Episcopatum attingit, habet, quem inter primos in Saxonia Corolus magnus fundavit. Ejus urbs primaria Verda quatuor milliariis à Brema distat. In eo quoque situm Rotenburgum oppidum cum arce & in remotiori loco Albim & Essam versus Ramsola.

Blocklandia inter Vuerderlandiam, & Hollerlandiam, media Vuumma fluvio piscoso irrigata latissimis pascuis abundat.

Idem Vuumma Borchveldiam, cujus dimia pars Brandorum familia patricia & antiquissima, alluit.

Contigua est Blocklandia Werderlandia, quæ inter Visurgim & Vummam, qui tum æstum, accessum videlicet, & recessum admittit, & nomen mutans Lessem vocatur, includitur. Ad hujus angulum extremum Lessem in Visurgim se exonerat.

TA.









## TABULÆ OCTAVÆ DECLARATIO.

**H**æc tabula ob o- thal opaca sunt nemorum pa-  
 culos ponit præfe- scua: item Bremensium portus,  
 cturas Blomenthal Vegesack, ad Lesmona & Vi-  
 & Nienkercken in surgis confluentem: & arx a-  
 Visurgis ripa collocatus è regi- mena, à qua præfectura nomen  
 one Stedingia. In eadem ripa impositum videtur.  
 Visuntur reliquia Alba arcis, Præfectura verò Nienkercken  
 vulgò Vuittenborch, de qua fundum ex una parte areno-  
 postea mentionem in tertia par- sum & sterilem, ex altera verò,  
 te sub anno c1o CC I, Diocesi qua Visurgim tangit,  
 sin administrante Gerardo I planum, feracis-  
 Archiepiscopo, moturus sum. simumq̃  
 In præfectura Blommen-

T A-





# DECLARATIO TABULÆ NONÆ.

**N**ONA Tabula Hadleriam, qua omnium hæc  
quatuor illarum in parte Germania provincia-  
territorii urbis rum frumenti feracissima Sa-  
Bremana ultima xonia Duci magna ex parte  
Bederkesana præfecturæ typum subjicitur.

Hæc à reliquis remotior ortum  
versus Vordam Diœceseos aspi-  
cit: A meridie Geesta fluvio  
navigabili terminatur: ab oc-  
casu Visurgim & Unursatos  
Frisios habet angusto quidem  
spacio in Visurgis ostio, sed ad-  
modum ubere & fecundo ha-  
bitantes: Et ad septentrionem

Habet autem Bederkesa lacus  
undecim, & memora ac saltus  
quadragenta. In hac etiam  
visuntur multa monumenta  
gigantum & veterum Chau-  
corum Saxonumque eximia  
molis lapidibus congesta. Illo-  
rum forma in tabula  
sequenti mani-  
festatur.

T A-



ATKIN  
BOSTON  
GREEN  
GLASS  
CITY


KIND













## TABULA DECIMA.

**P**ostremò cum in praefatione & tertia hujus libri parte Chaucorum mentio facta, illorum etiam sedem in hac tabula delineare & Plinii de Chaucis verba ubertius & fusius recensere volui. Sunt verò, ait lib. 16. cap. 1. visa nobis Chaucorum, qui Majores, Minoresq; appellantur. Vasto ibi meatu bis dierum, noctiumq; singularũ intervallis effusus in immensum agitur Oceanus, eternam operiens rerum natura controversiam: dubiumq; terra sit, an in parte maris. Illic misera gens tumulos obtinet altos, aut tribunnalia structa manibus ad experimenta altissimi aestus, cassis ita impositis; navigantibus similes, cum integant aqua circumdata: naufragis verò cum recesserint: fugientesq;


cum mari pisces circa tuguria venantur. Non pecudem his habere, non lacte ali, ut finitimis, nec cum feris quidem dimicare contingit, omni procul abacto frutice. Ulva & palustri junco funes nectunt, ad pratexenda piscibus retia: captumq; manibus lutum ventis magis, quam sole siccantes, terra cibos, & rigentia Septentrione viscera sua urunt. Potus is non nisi ex imbri servato scrobibus in vestibulo domus. Et haec gentes, si vincantur hodie à populo Romano servire se dicunt. Ita est profectò, multis fortuna parcat in pœnam. Hæc de his Plinius; qui eos libertatem Romanorũ tyrannidi præferre admiratur, aut invidet potius. Non enim uq; ad eò mirandum videtur liberam gentem ante omnia libertatem su-


am tueri: quam ita praeclaram  
dicit is, Plini, quem tu ipse ex-  
tra omnem ingenii aleam po-  
situm praeferas, ut ne mortem  
quidem in ea repetenda fugi-  
endam suadeat, eamq; non so-

lùm ab hominibus, verùm eti-  
am à bestiis expeti, atque om-  
nibus meritò anteponi perbi-  
bet. Et haec de Chan-  
cis etiam suffi-  
ciant.



DE.







## DE FORMA ET OPERIBUS URBIS.

**A** Situ igitur formam  
videamus. Non au-  
tem veterem illam  
revoco, quam ut  
verisimiliter conje-  
ctari potest, Visur-  
gis ad meridiem, & rivulus, quem  
Balgam nominamus, ad septentrio-  
nem semi circulo definivit: cum à  
Vuillehado Euronotum versus, pri-  
ma basilica in colliculo, quem à prio-  
ris temporis conditione, etiam hodie

*a) robustam & qualis sub  
Willehodo, Angario &  
Aemberto fuit  
Urbis Bre-  
mane forma  
& superiore*

B ; Erice-

Ericetum appellant, inde posterioribus temporibus cetera templa locis haud dubiè non habitatis erecta sint: Formam hodiernam considerasse sit satis; quæ oblonga, & secundum Visurgis ripam extensa, & suburbia quædam complexa grandem ambitum facit, id quod abundè satis è sequentibus tabulis patet.

*Et nostrae  
civitate.*

*atque quarum hic explicationem  
habet.*

*Metidiam folium dom pag 21.  
bit. ut. in folio. de. d.  
Ceterum hanc civitatem per fort.  
fuit. Ceterum*

*Est insigni-  
ter munita:*

Ceterum Brema vallo, fossis latis, profundis & aqua repletis, propugnaculis, turribus, & mœnibus insigniter est munita. Portas habet majores sex, & minores totidem. Majorum prima est ad orientem propugnaculo & turri validè firmata.

Altera versus meridiem duplicem habet exitum in Castello.

Castellum autem illud è regione urbis & in adversa fluvii ripa situm, ponte sublicio huic portæ adjungitur.

*Habet Ca-  
stellum,*

tur. Antiquitus nuda turris erat: nūc campum versus vallo, fossisq; cincta in hac Meridionali parte firmum urbis propugnaculum meritò dicitur.

Sub ponte molæ frumento frangendo, & tormentario pulveri tundendo destinatæ complures ex ordine hærent. Ibi admirandæ etiam altitudinis rota, aqvam ex Visurgi haurit, & ad incolarum necessitates, in urbis ædes passim per canales subterraneos<sup>d</sup> transfundit.

Tertia ad occidentem porta est D. Stephani, quæ ad latus habet propugnaculum ejusdem nominis. Reliquæ versus Argesté, Circiū & Septentrionem sitæ sunt. Appellaturq; ab incolis quarta porta major das Doven thor: Inde quarta porta Anf-garii, sive Scharges thor: Et sexta Gregis seu pastorum porta, das Hcr-den

*pontem &  
ad illū mo-  
las*

*& aqvagiū:*

*em  
a) ex Visurgi*

den thor. Minores portæ in loco, quæ Schlacht dicitur, tantum importandis mercibus, quæ navibus per Visurgim advehuntur, inserviunt.

*ædes & pri-  
vatas & pu-  
blicas ma-  
gnificè con-  
structas,*

Aedes habet Brema ex lateribus speciosè constructas & decoras, cum privatas, tum publicas.

De publicis igitur dicturus primò non à foro, aut rostris auspiciabor, sed potiùs à templis. Nam divina, à quibus est rerum hominumque ortus, præcât, & totum hoc pulchritudinis agmen ipsa ducant.

*Septem*

*templa vi-  
delicet, quæ  
sunt*

*ædes monasteria duo*

Quinq; majora sunt templa, Basilica D. Petri, B. Mariæ Virginis, Ansgarii, D. Stephani, & Martini: & quinq; minora, inter quæ sacra ædes D. Vuillehadi, Mariæ Magdalenæ, Jacobi, Nicolai & extra urbem Remberti, Monasteria item duo in urbe.

Cathedralem Basilicam D. Petri  
fun-

fundavit VVillehadus Ecclesiæ Bre-  
 mensis Episcopus primus anno *Basilica D.*  
 DCC.LXXXIIX. Inde post C C. *Petri,*  
 LIV annos incendio deletâ Adalber-  
 tus & illius successor Liemarus re-  
 staurarunt. Opus est magnificum,  
 duabus ornatum turribus, quarum  
 altera reliqvas urbis altitudine exsu-  
 perat. In hac basilica sepulti quiescunt  
 inter alios Episcopi & Archiepisco-  
 pi, Vuillehad<sup>9</sup>, Ansgarius, caput Un-  
 ni, Hermannus, Bezelinus, Adelber-  
 tus, Liemarus, Hildeboldus, Gisel-  
 bertus, Florentius, Otto I. Alber-  
 tus, Otto II. Joannes I. Balduinus,  
 Gerardus III. Joannes II. & extra  
 templum Remberti corpus: Adal-  
 garius verò, Hojer<sup>9</sup>, Reginuardus &  
 Adaldagus in Michaëlis æde sacra.

*in qua Ar-  
 chiepiscopo-  
 rum monu-  
 menta.*

Non longè ab hac basilica Petri, *templum B.*  
 occidentem versus, est templum B. *Virginis,*

C

Vir-

Virginis sub Alberone Archiepiscopo à tribus fratribus viris religiosis anno M. C. LX erectum, & duabus item turribus ornatum.

*Ansgarii,*

In media urbe prominet ædes sacra Ansgarii, cujus collegium solenne Hartuicus archiepiscopus anno 1182 in memoriam Ansgarii archiepiscopi, in locum 12 pauperum, quibus Ansgarius certos redditus assignarat, primus instituit. Hujus turris excelsa ac prægrandis cupro contecta reliquis omnibus robore superior est.

*D. Stephani,*

Templum Stephanianum in monte, S. Stephano Protomartyri sacro, (cui anno 1139 ab Alberone insitum est collegium Vuilhadinum) extructum civibus debetur.

*Martini,*

Martinianum quoque templum Cives anno 1375 incoatum 8 annis perfecerunt.

Di-

Divi Vuillehadi templum Adelbertus extruxit: *Willehadi, a) Stephani &*

Nosocomium verò Ansgarius instituit, quod deinde Rembertus multifariam auxit.

In monasterio, quod septentrionem respicit, vulgò zu den schwarzen Mönchen / schola frequens est, & publicum Gymnasium. Alterum Monasterium fratrum minorum, vulgò *& duo monasteria:* zu den grauen Mönchen / xenodochium nunc est, in eoq; habetur singulis septimanis concio Evangelica.

Xenodochia verò reliqua & pauperum domus, vulgò Spitale / Bagien und Gastheuser / sunt monasterium D. Catharinæ, anno 1534 abrogatis monachis in ptochotrophiam versum, & xenodochio D. Georgii, quod è regione Ansgariano templo, igne consumpto Anno 1597 redi-

ditubus illius auctum, in qvo 90 utriusq; sexus pauperes: S. Elifabethæ, quod anno 1499 fundatum, in qvo 32 pauperes, & non procul ab illo domus, in qva 12 viduæ inopes: D. Catharinæ: S. Nicolai domus, quæ anno à nobili vidua ditata fuit. Virginibus é domo Nicolai ad D. Catharinam translatis, domum illam tum pupillis sacratam anno 1598 nobilis quidam vir, qui hospes Breme vitam terminavit, 15000 Marchis Bremanis donavit. In hac æde 80 orbi parentibus pueri puellæq; honestè & liberaliter educantur & literis ac moribus instituuntur. Templum verò Nicolai mulieribus & viris & bonis privatis concessum est. Hoc anno 1599 vidua nobilis bonis auxit.

*S. Nicolai  
replum.*

Inter alia verò Xenodochia anno 1545 domus, quæ dicitur Seefarth gruener

*gefell*

gesellschafft vulgò dicitur, sustenta-  
culo & refugio mercatorib<sup>9</sup> & nau-  
cleris, qui tumultuosum mare navi-  
gantes ob illius invidiam & furo-  
rem bona sua amiserunt, fuit dicata.  
In hac 50 pauperes vitam tradu-  
cunt.

Extra urbem templum est Rem- *& Remberti*  
berti, quod anno 1547 sub obsidio- *ubi hieroco-*  
ne desolatum & quadraginta annis *minna.*  
pòst, anno videlicet 1596, restaura-  
tum. Ad hoc etiam visitur hiero-  
comium, in quo hodie 18 leprosia-  
luntur.

De templis peregrimus : nunc  
 de reliquis publicis ædibus, & pri-  
 mum de curia & palatio. Curia est  
 antiqvx structuræ domus infrà  
 xystum habens, prope quem ingens  
 statua juvenem armatum referens,  
 C ; visi-

38

CHRONICON

visitur, in memoriam Rolandi ere-  
cta.

STATUA RO-  
LANDI.



deest.

Ro-

Rolandus autem fuit Blanii *Rolandi Statuam,*  
comes Anglævus, Milonis & Ber-  
tæ, Caroli Magni fororis filius, *Sobrinnus, dux*  
in bello contra Saxones gesto Du-  
cum primarius, Vandalicarum &  
Saxonicarum Civitatum, quæ re-  
ligioni nomen dederant, fautor sin-  
gularis, virtute, forma & fortitudi-  
ne admiranda, & plus quàm heroi-  
 ca.

Hunc Carolus cum Saracenis,  
 Hispaniam vastantibus, supera-  
 tis, & in Bæticiæ angulum com-  
 pulsus, Franciam repeteret, Vasco-  
 num insidias passus, non armis,  
 sed siti oppressum amisit. Ideoq; ipsi  
 in Germaniã & præcipuè Saxoniam  
 reversus, ejusmodi statuas oppidis,  
quibus immunitates, privilegia, li-  
bertatem & autonomiam, seu, ut

*et posuit & oppidis in  
 quibus posita  
 b) & c) dedit.*

Brotuvius loquitur, Die Oberkeit der gerichte/ concessit, in signum libertatis posuit, aut ab ipsis oppidis poni permisit: Unde civitates, quibus libertas erepta, etiam statua Rolandi erepta, vel quæ libertatem sibi ereptam esse existimarunt, statuam ultrò dejecisse leguntur.

Palatium

m

↳ Mercatorum Andri-  
um  
1579.

a) vix

Mercatorum Andrium ex adversus curiam magnificè constructum, & in triclinia & cænacula commodè distributum, præcipuum quoque tam Urbis, quam fori est ornamentum, uti & domus illa nova in remotiore ad Visurgim loco, quam <sup>a)</sup> ante decennium senatus condendis & reponendis frumentis & annonæ consecravit.

Publicæ vero ædes præfecturarum extra urbem sunt. Arxes Blomenthal & Bederkesa, de quibus postea apud tabulas. Post

Post publicas modò ædes ad pri-  
vatas progredior, domos scilicet, ac  
villas, has rusticas, illas urbanas. Ur-  
banæ sunt in tam splendida & niten-  
te urbe, ceu pulchri corporis apta &  
decora membra, magnificæ, ornataæ,  
& columnis, encarpis, projecturis ac  
podis, ingentibus fenestris, cellari-  
is, hypogæis, in quibus inquilini plu-  
rimùm habitare consueverunt, in-  
structæ. Formam structuræ, Lector,  
si vacat, ex tabulis sequentibus pete.

*à octava*

Villæ & domus suburbanæ pro  
hujus provintiæ ratione & consue-  
tudine simplices & amplæ sunt, & è  
parietibus cratiis, interdum la-  
teritiis & culminibus

congestæ. a)

a) Sed his definitionibus de opera-  
tibus & ad incrementi orbis  
enartationem venimus.

EX-





# EXPLICATIO NUMERORUM TA- bulæ undecimæ.

**E**Xhibemus nunc, spectator, lectorq; benevole, alterius Chronici Bremensis partis tabulas, quas hoc potissimum nomine & loco tibi gratas fore speramus. Quemadmodum igitur in priore de situ urbis pauca quædam præmisimus, ita in hac secunda, antequam ad ipsam urbis topographicam descriptionem, ad ipsas delineationes, & ut uno verbo complectar, formam descendemus, paucula quædam de tabulis illis, earumq; ordine explicabimus. In

In prima & secunda verò exhibetur videnda urbis facies, quæ ante trecentos annos apparuit: in tertia, quarta, quinta, sexta, septima & octava, quæ sunt hujus operis XIII, XIV, XV, XVI, XVII, XVIII, delineatur ea forma, quæ nunc eminet: In tribus reliquis icones sunt arcis Blomenthalii, castelli Bederkofsani & fori Lehæ.

*Numeri verò, quos in prima partis secunde tabula, seu undecima operis, passim insertos vides, hæc denotant,*

- |                           |   |
|---------------------------|---|
| 1. D. Stephani templum,   | 8. B. Virginis templum,                 |
| 2. Natelportam & turrim,  | 9. Prætorium,                           |
| 3. Portam Ansgarianam,    | 10. Statuam Rolandi,                    |
| 4. Templum Ansgarii,      | 11. Basilicam D. Petri,                 |
| 5. S. Jacobi templum,     | 12. D. Vuillehadi templum,              |
| 6. Portam Gregum,         | 13. S. Johannis monasteriū,             |
| 7. Cœnobium D. Catharine, | 14. Templum Martinianū,                 |
|                           | 15. Partem urbis, quæ dicitur Tiberina, |
|                           | 16. Portam Orientalem,                  |
|                           | 17. Visurgim.                           |



BREMA TYPUS ANNUM CIRCA ITER CIO CCC.

TABULA XII



ANTIQVVS BREMENSIUM HABITVS



# TABULAE DUO- DECIMÆ NUMERI.

**I**n hac dein tabula desi-  
gnatur numero

- |                         |                            |
|-------------------------|----------------------------|
| 1. D. Stephani templum, | 7. S. Catharina templum,   |
| 2. Natell.              | 8. Beata Virginis templum, |
| 3. Ansgariana porta,    | 9. Templum Martinianum,    |
| 4. Ansgarianum templum, | 10. Basilica D. Petri,     |
| 5. S. Jacobi templum,   | 11. Willehadi templum,     |
| 6. Porta Gregis,        | 12. Pons,                  |
|                         | 13. Visurgis,              |
|                         | 14. S. Joannis templum,    |
|                         | 15. Orientalis porta.      |
|                         | 16. S. Pauli monasterium   |






Notarum.

TABULÆ DECIMÆ TER-  
TIÆ Explicatio.

- S* Equentes tabula hujus e-  
statis typum & imaginem  
urbis exhibent, & illarū prima  
ejus formam in plano.  
Notarum autem explicatio-  
nem hic babes.
- A* Propugnaculum D. Ste-  
phani denotat,  
*B* Portam D. Stephani,  
*C* Templum D. Stephani,  
*D* Portam, quæ dicitur das  
Dose thor/  
*E* S. Nicolai templum.  
*F* Granarium novū, (tur,  
*FF* Carcerē, q. die Nadel dici-  
*G* Nosocomium hoc tempore  
das Widwen haus/  
*H* Templum D. Jacobi,  
*I* Ansgarii templum, quod  
a plebe S. Scharges  
appellatur,  
*K* Portam Ansgarianam,  
*L* Portam gregum,  
*M* Scholam & templum S.  
Catharina,  
*N* Templum B. Virginis,
- O* Curiam,  
*P* Domum Episcopi,  
*Q* Arcē per amplam, quæ  
vulgò der thumbs hoffs/  
*R* Statuam Rolandi,  
*S* Forum,  
*T* Andriū mercatorū, quod  
vulgò den Schütting si-  
ve fauffmanshaus vo-  
cant indigena,  
*V* Templum D. Willehadi,  
*U* Granarium vetus,  
*X* Templū D. Joannis, mo-  
nasterium vulgò zum  
grawen Mönchen/  
*Y* D. Martini templum,  
*Z* Portū inferiorem seu lo-  
cū portadis mercibus de-  
stinatis vff der Schlacht/  
*a* Visurgim,  
*b* pontem & molas,  
*c* Aquagium,  
*d* Castellū vulgò die brant/  
*e* Portū superiore seu veterem,  
*f* locū, q. dicitur auff d Tiber  
*g* portam Orientalem.








# EXPLICATIO NO- TARUM TABULÆ

decimæ quartæ.

<b>S</b> ecunda tabula delineatio est	<b>K</b> Templum Remberti,
<b>S</b> urbis cum suburbiis. In illa.	<b>L</b> Vasmari crucem seu mo- numentum
<b>A</b> Laterariam monstrat,	<b>M</b> Speculam, quæ vulgò S. Viti & lapidaturris,
<b>B</b> Uebremen	<b>N</b> Suburbium D. Pauli,
<b>C</b> Patibulum,	<b>O</b> Montem D. Pauli in quo olim templum D. Pauli positum,
<b>D</b> Pascua civium,	<b>P</b> Portam orientalem
<b>E</b> locum supplicii, vulgò Judenberg	<b>Q</b> Visurgim
<b>D</b> Cæmeteria, non inuenio	<b>R</b> Woltmarshausen
<b>Ea</b> S. Michaëlis cæmeteri- um	<b>S</b> Sponsam Castellum,
<b>F</b> Portam D. Stephani	<b>T</b> Suburbium, quæ vulgò in Krauthöfen.
<b>G</b> Portam daf Dofethor	
<b>H</b> Portam Ansgarianam	
<b>I</b> Portam gregum	

EXPLI-








EXPLICATIO NO-  
TARUM TABULÆ DE-  
cimæ qvintæ;

<b>E</b> X tertia verò tabula deli-	10	B. Jacobi templum
neationem & prospectum	11	granarium novum. <i>cf. b.</i>
urbis meridiem, versus pete:	12	porta gregum,
per numeros autem hac desi-	13	templum D. Catharinae,
gnantur, per	14	templum B. Virginis,
1 videlicet lateraria,	15	templum Martinianum,
2 propugnaculum D. Ste-	16	granarium vetus,
phani,	17	basilica D. Petri,
3 porta D. Stephani,	18	agvagium,
4 templum D. Stephani,	19	Monasterium D. Joan-
5 Visurgis fluvius,		nis,
6 granarium novum, <i>cf. II.</i>	20	Castellum,
7 Nosocomium,	21	porta orientalis,
8 Templum Ansgarianum,	22	suburbium ad D. Pau-
9 porta Ansgariana,		lum.

EX-

DELINEATIO BREME. TA. XV.







EXPLICATIO NO-  
TARUM TABULÆ DE-  
cimæ sextæ.


- I**n quarta delineatio est Ur-  
bis Brema ab ea tantum par-  
te, quâ septentrionem spectat.  
Notatur autem per nume-  
rum
- h. p. 45. n. M.*
- |   |                                 |    |                                      |
|---|---------------------------------|----|--------------------------------------|
| 1 | turris S. Viti, per             | 9  | templum Martinianum,                 |
| 2 | mons & suburbium S. Pau-<br>li, | 10 | templum D. Catharina,                |
| 3 | porta orientalis,               | 11 | porta gregum,                        |
| 4 | templum S. Joannis,             | 12 | templum D. Jacobi,                   |
| 5 | basilica D. Petri,              | 13 | templum Ansgaria-<br>num,            |
| 6 | templum Remberti,               | 14 | porta Ansgariana                     |
| 7 | domus Episcopi,                 | 15 | granarium novum,                     |
| 8 | templum B. Virginis,            | 16 | templum D. Stephani,                 |
|   |                                 | 17 | porta quæ dicitur Dosethor<br>dicta, |
|   |                                 | 18 | porta Stephani,                      |
|   |                                 | 19 | lateraria.                           |

DE

URBIS BREMÆ TYPUS. TAB. XVI.



EXPLICATION  
DE  
L'URBIS BREMÆ  
CIVITATE





# DE TABULA DE- CIMA SEPTIMA.


**T**abula decima septima est il-  
larum tabularum, quae urbis  
typum & imaginem exhibent,  
quinta. In ea datur videnda  
fori delineatio inter sese suis distincta  
notis, quarum haec est explicatio:

- 1 Mercatorum Andrium,
- 2 Myrothecium,
- 3 Statua Rolandi,
- 4 Curia.

DE

DELINEATIO FORI. TAB: XVII.







## DE TABULA DECI- MA OCTAVA.

[Nhaec vero tabula, spectator benevole castellum, cui Sponse nomen, ad vivum delineatum ob oculos tibi ponitur, tam ea forma, qua superioribus annis conspiciebatur, quam quae hodie.

Reliqua verò tabula ad impubli-  
carnum, qua extra ut-

ber in praefecturis prominens, graphicam & genuinam picturam ad vivum exprimunt, decima nona videlicet iconem arcis Blomenthal, sequens arcis Bederkesana, & ultima Fabri Leek.




DE

DE TABULA DECI.



SPONSA CASTELLUM.







## DE TABULA VI- GESIMA.

*Sequens tabula arcis Berkesa faciem designat expressam. Sita in ripa piscosissimi lacus non tantum vallo & fossa, sed etiam armamentario, tum perpetuo praesidio munitur. In pago optima cerevisia coquitur, cui ab efficacia no-*

*men Soell ein fersen inditum*

*a Arx,*

*b Lacus,*

*c Pagus,*

*d Hortus ad arce m.,*


*e Templum,*

*f Ovile.*

DE

BEDERRISA.







## DE TABULA VIGESIMA PRIMA.

**U**ltima partis secunda tabula delineationem Fori Leeb publicat.

Forum autem illud florens, & Visurgis Geestag, fluminum propinquitate nobile incolas bellicosos producit.

Ejus delineationis nota hac denotant,

**a** plateam, vulgò die spadenner strasse!

**b** plateam, quæ vulgò die Notzel!

**c** plateam longam,

**d** templum,

**e** Scholam,

**f** plateam, vulgò die Buttels!

**g** Sacellū vulgò die Clausel!

**h** domum vulgò die Seerbusde!

**i** Gestam fluvium,

**k** forum,


Et huc usq; de tabulis partibus secundæ.



DE

DE TABULA VIGI  
SINA PRIMA







# DE INCREMENTO CIVITATIS BREMENSIS.



**B**rema utrum  
 à ruborum ibi na-  
 scentium multitu-  
 dine, ut vulgò pla-  
cuit, an ex Ptole-  
mæi Phabirano  
nomen accepit, uniuscujusq; per-  
 mittitur judicio: Sanè Phabirani si-  
 tus cum Bremæ uni respondeat, me-  
 ritò Geographi Phabiranon de Bre-  
ma unanimi consensu interpretan-

a) Laterum

*videtur nomen & originem ex illo*

*Bremâ  
Phabirano  
exorsâ accepisse*

*c) Phabiramum autem Chauco- rum maiorum fuit civitas. Chauconum verò gens inter Ger- manos nobilissima in Arago. V. Jurgis ripa à Chathis ad Ocea- num usque & ad Amasium. Al*

D tur: num usque & ad Amasium. Al

*binque extendebatur.*

55

CHRONICON

*Anno 139*

tur: Indeq; patet jam tū, nempe circa  
annum Christi 139, quo Ptolomæus  
floruit, Bremam extitisse.

449

*Attila Gal-  
liam v. stante*

Anno 449 cum Imperium Ro-  
manum Vandali, Alani, Suevi, Bur-  
gundi & alii diriperent, & præter  
hos, Galliæ Romanorum provinciæ,  
Attila Hunnius, immanitate reliquos  
longè superans, immineret, & sub  
Imperatore Valentiniano Aetius,  
Dux Romanus Galliæ præses, Le-  
gionē, cujus præsidio Britannia (quæ  
itidem à Julii Cæsaris usque tempori-  
bus Romanis paruerat) hæctenº con-  
tra Pictos atq; Scotos defensa fuerat,  
ut Galliis consuleret, revocasset, &  
suis se viribus aliquandiu sustinere,  
jussisset, Britones Romano præsidio  
nudati, Angilos Saxones proposito  
stipendio advocarunt, vel ut Vuite-  
kindus & Cambdenus referunt, le-  
gatio-

*Angilis Sa-  
xonibus*

gationem supplicem ad Saxones miserè, quæ ipsis exposuit, Britonũ terram latã, ac spaciosam & omnium rerum copia refertam, ditioni ipsorum parère: sub Romanorũ hæctenus clientela, ac tutela liberaliter vixisse: post Romanos, meliores Saxonibus ignorare: idè ad alas virtutis Saxonũ fugere, ut ipsorum virtute atq; armis hostibus superiores inveniatur, quidquid imposuerint servitii, libenter sustinere velle. Itaq; Saxones Ducibus Horsto & Hengisto apud Britones autè regnante Vortigerio (quẽ Beda Vitigerium nominat) tribus longis navibus Bremę adornatis in insulam ingressi Scotos, & Pictos represserunt.

*contra Pictos  
& Scotos in  
Britanniam  
navigantibus  
navis sub-  
ministrat:*

Post 70 verò annos, secundũ Albini computationem, cum plures suos populares Saxones, Angilos, Frisios, Jutas evocassent, hospites Britanos in continentem Gallię Ar-

mericam pepulerunt & saltem reli-  
quias, quæ Vuallentes appellantur, in  
niveis montibus & saltibus coarcta-  
runt, atq; ve hoc modo insulam propè  
universam occuparunt. Unde ei,  
ut ab Angilis Anglia nunc dica-  
tur, nomen dedisse existimantur.

*Tempore dei Caroli Magni è Pha-  
 tiramo forsan restabat Bremen<sup>a</sup>  
 pagus piscationi admodum conue-  
 niens. Cum itaq; Caroli M.  
 Carolus cum Saxo auspicio  
 num rege Witekindo. XIII.*

*abque*

*in Anabruca vide. 788.  
 licet, in Salinge.  
 de inque Inde. primum epi-  
 borna anno de scopum susci-  
 mum 788. DCC. pit Willeha-  
 XXXVIII. Bremensem erexit ecclē.  
 sciam ut esset Suffraganea  
 Colonienfi. Erectas primam episcopum constituit Willehadum Anglia eni-*

Hinc minimè mirum, quòd Ca-  
rolus Magnus, cum XII annis, &  
post reconciliationem, exortis uni-  
us atq; alterius principum novis re-  
bellionibus, in XX annum, cum Sa-  
xonibus, eorumq; Principe Vuite-  
kindo decertasset, & victor per Sa-  
xoniam aliquot Episcopatus consti-  
tuisset, Breme Anno 788 Episcopum  
dedit Vuilhadum Anglum, quod pa-  
tria harum Regionum lingua utere-  
tur, eoq; nomine, præsertim ob pie-  
tatis studium singulare, quo præ aliis  
Anglia eni-

enituit, maximè idoneus esset, ad popu-  
ulares suos é potestate tenebrarum  
liberandos. Totus enim in eo fuit  
 Carolus, ut quemadmodum ipsemet  
scribit, Saxones pristina libertate do-  
natos, DEO tributarios & subjuga-  
tos devotè addiceret.

Brema verò utrum pagus tum  
fuerit, an oppidum, non difficulter  
conjectari potest. Muros nō habuit:  
sed nec muri civitatē efficiunt: Fuis-  
se autem locum ceteris eminentio-  
rem, argumento est non tantū Pha-  
birani nomen, sed & Episcopalis se-  
des, ibi constituta, & quod Vuilha-  
du à Carolo privilegia, quæ pagis  
dari non solent, impetravit, ea quæ  
Carolus conspicuo Rolandi testimo-  
nio publicè posteris omnibus obsi-  
gnavit, tum maximè, quod ex privi-  
legiorum verbis apparet, ea jus civi-

D 3 tatis

*oriundum, vixit postea cum  
 Hamburgensi Ludovico pi-  
 us Caroli filius primum  
 archiepiscopum praeceit  
 Hagarium anno DCC-*

*Brema mu-  
 ros nondum  
 habet:*

tatis non dare, sed ornare.

*Ejus gubernatio.*

Ad gubernationis formam quod attinet, colligi potest ex multis, gubernationem ut unius non fuit, ita nec omnium, sed pauciorum fuisse. Ante Carolum (inquit Historicus) Saxoniarum gens libertatis tenacissima, cum Regibus subjici nollet, duodecim primarios viros totius provinciae prefecit, qui de bono publico in medium confulerent: Annuus erat inter illos per vices Magistratus: Quem vero publicum ab exteris illatum bellum deprehendisset, is durante bello Rex appellabatur, cuius imperio parerent universi: Bello finito, regium pariter nomen deponebat. Caroli etiam tempore, cum is agros Ecclesiae fructificantes discerneret, & terram Ecclesiastico juri subesse, ei que de decimis, primitiis & oblationibus respondere vel-

veller, erant (idem inquit) in his locis viri potentes, qui subjectos agros cū plebe tenebant. Nec voluit Carolus, neq; debuit suo quenquā jure dispoliare.

In urbe Brema potentes illos vetusta historia potestates, & judiciariam manum, recentior verò proconsules & consules appellat.

Brema magis ac magis videbatur efflorescere, nisi furor Hunnorum, quos nunc Hungaros appellamus, bis eam incendio delēvisset. Erat enim Hunnis tota Germania exposita, donec Henricus Auceps Cæsar ad impediendam ipsorum tyrannidem ediceret, ut ex agrariis militibus nonus quisq; in urbes se reciperet, easq;ve muniret, conciliaq; & conventus omnes, atq; convivia in urbibus celebrarentur.

Anno 934 cum Gubernatores civitatis

a) modo urbis imaginem indu.  
Brema ab Hse nisi DCCCC  
Hunnis va. S DCCCC XXXIII.  
stata incen-  
dio (cui tum temporis tota Ger.  
923 mania exposita  
e) ab

o... e d) inuisa gens Hunno-  
rum inuisa maneret.

tatis jure suo abuterentur, & administratio ad Oligarchiam planè deflexisset, Adaldagus <sup>a</sup>archiepiscopus, ubi primo ingressus est Episcopatum, fecit, ut Brema longo prius tempore potestatibus ac judiciaria manu compressa, præcepto Regis absoluta, & instar reliquarum urbium, immunitate, simulq; libertate donata, vel potius ei restituta fuerit.

Et si pleræq;ve civitates adversus Hunnorum incursiones muniri cæperunt, Brema tamen anno demum Christi 1000, quando piratæ Dani Saxoniam ad vastitatem vocabant (Ascomanni appellati fuerunt, quod raro latius, quam ipsis ex pera, seu folliculo, quem Dani Ascham appellant, viçtus atq; esca suppetebant, excurrerent) muro firmissimo muniri cœpit.

Inde

aliquitur

6/rt

am

oppressam

o . . i

scit donari

1000.

muniri cœpit

Inde etiam accuratori munitiōni  
urbis causam dedit, quòd Otto I. Cæ-  
sar, propterea quòd ei sæpè in Italiam  
commeandum erat, Hermannum Bi-  
lingiū in pago Luncburgensi, Stieb-  
befeshorn, natū, an. 965 Saxonix Ducem  
fecisset, Nepos autem ipsi<sup>9</sup> Bern-  
hardus Dux, in proferendis finibus  
totus propè esset: <sup>a)</sup> Proinde Brema  
contra <sup>c)</sup> insidias atq; insultus Bernhar-  
di <sup>d)</sup> ducis aggere munita fuit.

Hoc anno Emma, Luderi Comitis  
(qui frater Bennonis Saxonix Ducis  
erat) vidua civibus pascua dedit, quæ  
Civium appellantur.

Sub idem tempus & præsertim sub  
annum 1035 Civitatis murus perfici  
cœpit, additaq; est <sup>#</sup> ab occasu portæ  
turris per amplā, Italico munita ope-  
re, & septem distincta cameris, <sup>q</sup> An-  
nales pietati Archiepiscoporum ex  
parte tribuunt. E Sub

contra Sa-  
xonie Ducē  
insidias.

a) Rex deinde Saxonias guber.  
1020. nocte Bernhardi  
nepote Bilingiū Saxonias  
ducis

b) primum  
c) hostium

1032. d) in o ipsius  
e) tyrannidem

firmata dicitur sub archie.

episcopo Bruno. Post illum

Hermannus magnum opus in-

gressus est urbem muro cingere

1035. conatus est in diebus

damentis vitam finire anno

MCCCXXX. Successor igitur

Repelimus opus incaptum

in quibusdam locis usq; ad

propugnacula perducit, in

quibusdam vero ultimam

manum non apponit. #

Ad civium necessitatem ad-  
dit.

m...m...am  
am

Brema pi-  
ratas profli-  
gat,

a) Verum

1042

incendio cō-  
flagrat,

b) urbem & prae-  
cipua templi  
restaurata

restaurata  
est.

c) Decemobrem successor 1043.

d) ut eo facilius adhibita lapi-  
dum copia basilicae noviter in-  
ceptae opus in mansum absolui  
posset

Sub eundem annum 1035 in Visurgi  
pirate grassati, & vicinum agrum po-  
pulati sunt, donec à Bremensibus  
juxta Lesmonam profligarentur.

¶ An. 1042 Idus Septemb. conflagra-  
vit incendio urbs tota cum tem-  
plis & Basilica, in qua thesaurus, libri,  
vestes & reliqua ornamenta sacerdo-  
talia periêre. Bezelinus quidem mul-  
ta restaurare annitebatur, sed mors il-  
lius opus intervenit.

An. 1043 Adalbertus Archiepisco-  
pus moenia & turrim illam grandem  
demoliri jussit, lapidib. ad exustæ ba-  
silicae reparationem translatis: quam  
facile factu id autem Adalberto fu-  
erit, ex eo colligi potest, quod  
Annales de ipso produnt, quòd non  
tantum fuerit inexplibilis ambitio-  
nis homo, qui praedecessorum genus,  
fortunam & instituta pro nihilo ha-  
bue-

buerit, omniumq; jura, & libertates,  
& Magistratus ipsos alto spiritu tolle-  
re, adeoq; omnia innovare studuerit,  
ut veluti dictator, cum absoluto im-  
perio solus, non tam Pontifex, quàm  
Princeps, exemplo Vuurceburgensis  
Episcopi, qui Ducatum provinciæ  
gubernat, prodiret, nec in posterum  
in Archiepiscopatu ulla jurisdictio  
penes quenquam Comitum, aliasvè  
judiciarias personas maneret: Sed et-  
iam quòd apud Cæsarem Henricum  
tertium plurimū potuerit, & in partē  
consilii imperii (unde Schaffnabur-  
gensis eum Imperii Consulem appel-  
lat) & educationis Henrici IV assum-  
pt<sup>o</sup>, in Imperio Monarchiā usurparit.

*Adalbertus  
gloria vana  
cupidus.*

Cæterum Adalbertus Archiepiscopus<sup>a)</sup> duo collegia, unum in Vuillehadi memoriam & in D. Stephani alterū, adhibito quoq; tertio, S. Pauli videlicet, fundavit.

*a) duo Bremam etiam caeteri  
conquarēt vrbibus, adhuc*

*Liemarus  
Archiepi-  
scopus*

*Adjutor  
Henrici  
Imperatoris*

In successoris Adalberti, nempe  
Liemari Archiepiscopatum incidit  
prima in annalibus Advocatiæ, quam  
Archiepiscopi in urbe habent, men-  
tio. Ab initio Cæsares sibi jus & arbi-  
trium constituendorum Pontificum  
& Archiepiscoporum vendicabant,  
nec electiones Cleri & Populi, sine  
suo nutu factas ferebant. Hildebran-  
du Pontifex Rom. qui se Gregori-  
um VII nominavit, ut Cæsari hoc jus  
per vim ac fraudem eriperet, usus oc-  
casione imbecillioris ætatis Henrici  
IV Imperatoris & fiducia principum  
Saxonix, quos à Cæsare alienissimos  
esse sciebat, ipsi Simoniã imputavit:  
proinde Episcopos non à Cæsare, sed  
à Clero & populo creati oportere  
prætendit. Ex quo pleriq; Principes  
contra Cæsarem, præter Liemarum  
Archiepiscopum Bremensem, &  
 pau-

paucos alios Principes, Henrico fi-  
dos, arma capere, & Germania mu-  
tuis, fuisq; inter se viribus collisa, non  
tantum ex multis cædibus suo inun-  
davit sanguine, sed exhausta viris, e-  
nervataq; belli ac dignitatis præfidi-  
is, tantum non interiit. Hic cum  
Principes Cæsarem fortissimum &  
 62 pugnis clarum prælio ad Glycham  
superarent, multi capti sunt, & inter  
hos Liemarus à Lothario Qverfur-  
tensi, cui pòst Henricus V, emortua  
Bilingiorum familia, Ducatum Sa-  
xoniæ, & Henrico V defuncto, Im-  
perii Principes Imperium detule-  
runt. Liemarus, ut se custodia libera-  
ret, Lothario Advocatiã urbis Bre-  
mæ sive judicium temporale, quod  
 d) Archiepiscopus in urbe habet, pro re-  
 d) demptione concessit, & trecentas ar-  
genti Marcas numeravit: Inde fa-

*in prælio à  
 Lothario  
 Saxonia  
 duce captus*

*a) Post annum Christi M.LXX  
 1089. A.D.*

*victori Ad- b) archiepiscopus,  
 vocatiã à aldero comite, pro  
 urbis pro Stea Saxonia duce  
 redemptione indeq; imperato.  
 concedit. re in conflictu ca*

*ptus d) A/*

*c) urbis  
 d) dicunt*

*e) et basilicã quam Alberti  
 antecessor reedificare cogere-  
 rat, de novo parumpar in ceo-  
 dio maculatam funditus de-  
 struit, novamq; erigi curat.*

E 3

atium,

*A/ ex his verbis elucet Conringium in grãd. d. n. r. p. 144. s. capite*

*XII. S. p. usum esse edit. Delicã in 12. no.*

ctum, quod Lotharius, ejusq; succes-  
sores, Saxoniarum Duces, jus sibi à Lie-  
maro cessum, quam largissimè de do-  
minio urbis interpretantes, eam sibi  
multos annos hereditario jure vindi-  
carunt, urbs verò libertatem adversus  
Duces tueri atq; asserere laboravit.

*Bremenses  
in expediti-  
one contra  
Saracenos*

Imperium adhuc tenente Henrico  
IV Urbanus Pontifex Christianorum  
Principum animos ad Terram Sanctam  
à Saracenis recuperandam inflam-  
mabat, ipse à Petro quodam eremita  
Ambianensi incitatus, qui in peregrina-  
tione Hierosolymitana Christiano-  
rum afflictiones & loci sacri pro-  
phanationem compererat, ejusq; rei  
gratiâ literas à Patriarcha Hierosoly-  
mitano ad Papam detulerat: Auspi-  
ciis Cæsaris Henrici IV expeditio su-  
scepta, & belli ductus Gothofredo  
Bulionæo, quæ Cæsar non multo antè

1096

Lo-

Lotharingæ Ducē creârat, comissus  
est. Atq; huic exercitui Bremenses su-  
as quoq; copias junxere, eam in hac  
expeditione gratiâ atq; laudem post  
recuperatam Hierosolymam reduces  
consecuti, ut filius Cæsaris Héricus V  
proconsulibus, consulibus & civibus  
civitatis Bremensis, ppter obleqvio-  
rum promptitudinē, multasq; ut ver-  
ba habent, deificas virtutes, & viriles  
actus, ac non modicos labores, & ex-  
pensas in Hierosolymitana recupera-  
tione factas, dederit plenam ac liberâ  
potestatem pacificandi, protegēdi &  
defendendi Vueseram & omnes cum  
mercibus & mercimoniis Civitatem  
adeuntes, & ab ea declinantes, & ju-  
sto iudicio contra piratas atq; prædo-  
nes pcedendi. Concessit quoq; Cæsar  
eodem privilegio Bremensibus fori  
privilegium, & quod liceat ipsis ve-  
stes suas & indumenta auro, & vario  
opere

1111

*fortiter di-*  
*micantes*

*& laudem,*  
*& dignita-*  
*tes, & pri-*  
*vilegia me-*  
*ventur.*

opere (quod militaris dignitatis testi-  
monium erat) & in signibus Imperii  
Rolandi clypeum (cum antea is civi-  
tatis tantum insignia præ se tulisset)  
 ornare.

Redit Historia ad Duces Saxoniam:  
Lotharius Dux, idemq; Imperator,  
cum prolem masculam non haberet,  
 1136. Anno 1136 Saxoniam Ducem creavit  
generum suum Henricum Superbum  
Bavarum, nepotem Magni Saxoniam  
Ducis ex filia Vulphilde: At, ex quo  
Lotharius anno sequenti rebus hu-  
manis exemptus est, Henrico se op-  
 posuit Albertus princeps Anhalti-  
nis, Marchio Soltvedelensis, ejus-  
dē Magni Ducis nepos ex filia Hei-  
 1138. lica: Conradus Cæsar anno 1138 ad  
Albertum inclinavit, injustum esse  
perhibens, duos Electoratus ab uno  
principe Bavaro possideri: Qua de  
 cau-

causa Albertus eo anno occupavit  
castrum Lunenburg cum civitatibus  
Bardewick & Brema, quod Bremam  
Ducatus Saxoniae partem esse crede-  
ret.

Anno autem sequenti in auxili-  
um Bavariae Ducis, Rudolphus Co-  
mes & Fridericus Palatinus, (quo cum  
Brobergiorum aliarque nobiles fami-  
liae in has terras venisse creduntur)  
manu adunata Bremam profecti, &  
totam civitatem depopulati sunt.

*Bremenses  
ab hostibus  
expugnantur.*

Anno 1147 Brema respiravit. Cum  
enim sub Cesare Conrado tres nu-  
merosi exercitus partim in Sarace-  
nos, terra marique; partim etiam in sclo-  
vos à Christianis regibus ac principi-  
bus ducerentur, Bremenses classe in-  
structa, cum multi se ex Saxoniae &  
Vuestphaliae militaribus conjunxis-  
sent, vento primum ad Angliam ad-  
acti,

1147  
*respirant &  
instructa  
classe.*

und. frisonu  
Alphonse

Gallicam ap-  
pales

Saracenos  
Ulisibona e-  
jiciunt,

acti inde in Galliciam appulerunt, & rogatu Adolphi Regis, Ulisibona Saracenos ejecerunt, eamq; Christianorum fecerunt coloniam: Quo nomine apud eum hanc iniere gratiam, ut in commerciis eodem jure cum indigenis fruantur.

1158.

Livoniam  
primò adveniunt,

Cum eadem animorum magnitudine Bremenses, hominem artis nauticæ peritissimū nacti, anno 1158 per mare se movissent, novi honoris gloriæq; & commerciorum quærendorum causa tempestatibus adacti sunt in fluvium Dunam. Ita Dunemundæ uno miliari infra locum, ubi post civitas Riga extracta est, confederunt. Livones eos Danos esse, sibi tū temporis inimicissimos, suspicanti, gladios primū, atq; arma in Bremenses strinxere. Cognito errore, datis hinc inde atq; acceptis muneribus

bus amicitiam cum eis, & commerciorum jus pacti sunt. Quæ res ut ex sequentium annorum historia apparebit, non tantùm inter Livones & Bremenses usum commerciorum frequentissimum, sed & propagationem Christianæ religionis, exædificationem civitatis Rigæ & erectionem Episcopatus Rigensis peperit.

Cum inter Hartvuicum Archiepiscopum & civitatem de pascuis ab Emma comite civibus datis, disputatio orta esset, res transacta est.

Anno 1164<sup>2</sup> Henrici Bavariæ, & Saxoniæ Ducis filius, Henricus Leo, sese iterum ad Bremam sibi subjiciendam convertit. Brema contra eum, recepit Christianum, de Oldenburg. Dux collecto exercitu rectà Bremam perrexit. Christianus vada occupans fluminis Getæ, Ducem

F 2

tran-

1159.

ofia <sup>um Leonem</sup>  
1164.

em magnanimum & bellicosum  
plurimi infansiois Germanias prin-  
cipes conspiciant, inter quos

s comes in

a c/ Insuper manu Bremam  
in qua Henricus post paren-

1167 em & avum mater-

num studerum iurisdictionem  
haereditario iure tenebat, oc-  
cupat anno MCLXVII.

a) Eodem igitur tem. 1167.  
 post in urbem non tam amissae  
 urbis quam iniuria Henricus affur-  
 git: qui ex insperato aduolans  
 urbem recuperat

proponit inanes ciuibus, qui tam se  
 cito se Christiano se permittent  
 ab Henrico

incertis sedibus va-  
 gabantur Leone supe-  
 rantur.

de reconciliatione ageretur

1168.

transitu prohibuit. <sup>a)</sup> Dux etsi retro-  
 cederet, tamen ex intervallo, magno  
 cum exercitu rediit: Civitatem vi  
expugnauit, & militibus diripien-  
 dam tradidit, atq; cives proscrip-  
 sit: Interea Bremensium plurimi ex urbe  
 in abditas Frisiæ paludes profugi se  
 receperunt, quoad interventu Hart-  
vuici Archiepiscopi mille argenti  
marcis pacem redimerent.

Hoc anno civitas à Cæsare Fri-  
derico Barbarossa obtinuit confir-  
mationem privilegiorum, quæ à Ca-  
rolo Magno Vuillehadus impetrâ-  
rat.

b) autem

Inde autem, præsertim Henrico <sup>b)</sup>  
 in exilium pulso, urbs rursus respira-  
 re poterat. Itaq; pristinis viribus re-  
 stituta cum ægrè ferret Hartvuicum  
II contra suam voluntatem ad Ar-  
chiepiscopatum pervenisse, malè tra-

1187.

ctavit

travit Canonicos, & Hartvuicum  
 ejecit: In auxilium quoque popularis  
sui, Theodorici, Lubecensis Episco-  
pi, Hartvuicum & Henricum, Leo-  
nis filium, bello laceſſivit, & Comi-  
tatum Stadenſem invaſit, donec  
Hartvuicus auctoritate Cæſaris re-  
ſtitueretur.

*Bremenses  
 Hartvuicum  
 archiepiſco-  
 pum civitate  
 expellunt.*

Cum Bremenses commerciorum  
cauſa Livoniam ſæpius repeterent,  
hoc anno ſecum adduxerunt confi-  
lio Archiepiſcopi & capituli Bremē-  
ſis, Meinardum Canonicū Segeber-  
genſem, virum religioſum, & propa-  
gandæ Chriſtianæ fidei cupidum.  
Livonum is multos ad verum DEI  
cultum convertit, tandemq; à Pon-  
tifice Romano Epicoſopus Livonien-  
ſis, & ſuffraganeus Bremeniſis Eccle-  
ſiæ factus eſt.

1188

*Livones ad  
 Chriſtum ad-  
 ducunt,*

1189

Cum Fridericus Barbarossa anno  
 1189 rebus Syriacis opem maximo  
 apparatu ferret, inter alios auxiliari-  
 os, etiam milites Bremani mare tran-  
 seunt: Cumq; Imperator totum an-  
num, Aconē, sive Ptolemaida in Sy-  
ria obsideret, multis tum per insue-  
tum æstum languentibus, tum acce-  
ptis in prælio vulneribus deficienti-  
bus, bremenses vna cum Lubecensi-  
bus, productis velis è navibus suis, fi-  
gunt papilones, & sub eas ægrotorū  
multitudinē conducunt pietatis stu-  
dio illis in servientes. Capta deinde  
Acone his infirmorum custodibus  
concessum est ad eam curā templum  
peculiare: ex eo xenodochium fa-  
ctum, & hortus vicinus coemptus,  
Ea res excitavit ordinem beatæ Ma-  
riæ Teuthonicorum militum, qui  
postea permissu Cæsaris, ut Christia-  
 nos

*et in qua expeditione*

*in Syria bel-  
 lantes*

*linbar primos*

*et excitavit, infirmorum peregrini-  
 torum sub Teuthonicis custodes*

nos adversus gentiles defenderet, etiam Borussiam & magnam Livoniæ partem occupavit: Post Henricum Walbode/alter ordinis Magister creatus est Otto von Karpen/Nobilis civis bremensis. Et hodie etiam non tantum Bremenses & Lubecenses cives in ordinem, qui aliàs non nisi milites fert, assumuntur, sed & primo loco preces solennes pro Lubecensibus & Bremensibus concipiuntur.

*in Teuthonicorum militum ordinem suscipi meretur.*

Anno 1198 Bremenses auspiciis Alberti Episcopi Livoniensis, quondam Bremensis Canonici, operam suam contulerunt ad ædificationem urbis Rigæ: Unde Livoniensis Episcopat<sup>9</sup> ex eo tempore cœpit Rigen- sis appellari, & insignia Archiepiscopatus suscipere: quemadmodum nova civitas Riga, Bremensis civitatis insignia suscepit.

1198.

*& Rigam Livonia urbem condunt.*

1205

1206

Brunsvicensium Chronicorum  
 auctores scribunt, Henrici Leonis  
 filios, Ottonem Henricum & Vuil-  
helmum anno 1205 Bremam iterum  
 vi expugnasse, & Bernhardum Co-  
mitem de Vuelpa, qui in urbe à Bre-  
 mensibus stabat, capisse, eosdemq;  
 anno sequenti 1206, cum ditiones in-  
 ter se suas partiti essent, Henrico Cel-  
lam, Bremam & Stadam assignasse.  
 Quod autem id contra Bremensium  
 voluntatem factitatum sit, nec even-  
 tus voto Ducum responderit, ex se-  
 quentium annorum historia liquido

a) patet.

Anno 1208 cum post obitū Harde-  
vuici, de archiepiscopatu contende-  
rent Vuoldemarus, Dux Slesvicensis,  
Canuti Regis pater, & Gerardus  
de Lippia, Episcopus Osnabrugensis,  
Bremenses plurimum Vuoldema-

a) Historia Hardwicus archie-  
 piscopus domi suae non admo-  
 dum gratus civibus 1208

antiam praebuit resistendi.  
 Anno . . . ce Bremenses  
Vuoldemaro  
 & Hartvui-  
 so de archie-  
 piscopatu con-  
 tendentibus

o de episcopatu et  
 civibus

ri partes fovebant, non tam ob id,  
quod ejus electio omnibus initio  
grata fuisset, donec eum Pontifex,  
quia contra ipsius interdictum Ro-  
ma abjisset Episcopatu privaret, *pertinaciter*  
quam quod auxilia à Danis adversus *Vuoldemari*  
Ducem Saxonie expectabant. *partes fovent*  
Tanta autem pertinacia Vuoldemaro ad-  
hærebant, ut illius gratia paterentur *ad adeo ut*  
ecclesiastico se interdicto subjici, *poni*  
donec tandem Gerardi causa supe-  
rior, ipsis quoque mentem immutaret,  
persuaderetque, ut unà cum militari-  
bus & Stedingis, qui Gerardum se-  
quebantur, ejectione Vuoldemaro, Ger-  
ardum introducerent.

In eo Brunsvicensis authores fal-  
 luntur, quod scribunt, Ducem Hen-  
ricum tenuisse Bremam ad annum  
usque 1227. Tantum enim abest, ut Du-  
ci pareret, ut contra voluntatem ipsi-  
 G us,

1217

*eandem cum  
Gerardo se  
conjungunt.*

us, anno 1217 cum Gerardo I Archiepiscopo se conjunxerit, eiq; fidelitatem per duos consulares levatis manibus, quemadmodum ex eo tempore ipsis solenne esse cœpit, spondiderit, postquam Archiepiscopus civitati solennibus tabulis prius caverat, id fraudi non fore ipsius libertatibus, consuetudinibus, gratiis, privilegiis, immunitatibus, juribusq; quæ primorum Episcoporum tempore habuisset, & si quid inter illos controversiæ suboriretur, id duorum Vuicmanorum, seu Senatorum juramento diremptum iri: Quod in sequentium quoque Archiepiscoporum inaugurationibus sanctè observari consuevit.

1218

Sequenti anno Bremenses & Militares diœcesis castrum Vordam Duci eripuerunt.

Bre-

BREMENSE.

80

Bremenses & Gerardus inter se discordant. Gerardus enim in Visurgis ripa, arcem Albam dictam erigebat, quo eò tutiùs vectigal á præternavigantibus exigere posset, nil parcens civib⁹. Refragantur Bremenses: Ideoq; Archie: & fluvium illis in vicinum reddere conatus palos magni roboris in profundum defigit & catenam, ne ullus esset navigio transitus, in illis firmat. Verùm Bremenses magna & expedita navi, cujus prorã ferro durarant, aspirante vento, plenis velis cursum in catenã dirigunt, eam perrumpunt, perruptamq; in urbem trahunt. Viderat Episcopus in vicina arce omnia, quæ gerebantur. Aderat miles, è terra Lippensi oriundus, qui consolatur Episcopum, & se rei componendæ interponit, tantùm visendæ navis gratia, quam arcem

Sid. p. Bremaeset a. p. 49.

bi pag. seq. Langwedel ar.

1221 diepescopo d. p. 49.

probat hinc hinc p. 49.

in Thimke Dillich abar

ad 1228. p. pag. 82. in fine

Bremenses cum A. Gerardo discordant,

& vi sibi visurgim tutã reddunt.

marinam vocabat: erat enim homo mediterraneus, & laborum marinarum inscius. Cum ita omnem navis apparatus oculis quam maximè intentis contemplatus esset, admiratione obstupefactus incipit ex animo de pace agere.

*Sed hac discordia tandem componitur*

Res ita componitur, ut Episcopus arcem illam novam civitati concedat, cives autem alio in loco aliam exædificent. Quamobrem Alba desolatur, & ejus loco Languedel<sup>a</sup> impensis potissimum civitatis, communi ordinum Dioeceseos consilio, exædificatur, & Archiepiscopo hac lege traditur, ut in perpetuum Dioecesis arx maneat, nihil autem ex ea damni civitati aut civibus detur, nec ullum in ea Telonium instituat, aut ubi damnum dabitur, Telonium<sup>è</sup> instituetur, & Civitati intra men-

*a Archiepiscopo à Romanis traditur.*

*Archiepiscopo Arcem Albam causam dissidii Civitati concedente:*

mensum non satis fiet, ea fide, qua di-  
oecesi devincta est, libera sit.

Ea res occasionem præbuisse vi-  
detur, quod, quemadmodum Caro-  
lus Magnus Saxonibus universis de  
Teloniorum immunitate caverat,  
ita Bremensibus nominatim annis  
1225 & seq. cautum sit, ne Vordæ &  
Langvuedelæ teloniis onerentur.

1225

1226

Anno autem 1233 prospectum il-  
lis est de Teloniorum immunitate  
per Dioecesin universam, quod etiam  
annis 1328 & 1411 repetitum est.

1233

4) Bellum cum Stedingis, homini-  
bus parum Christianis, jam ab anno  
1167 ab Archiepiscopis gestum erat,  
& annis 1207, 1212, 1230, in primis au-  
tem hoc anno 1233 & sequenti reno-  
vatum. Gerardus enim Archiepi-  
scopus, cum jussu Pontificis Roma-  
ni ac Cæsaris contra Stedings cru-

*Bellum con- a) Quæ tempore  
tra Stedings Stedingorum  
renovatum genero ruffica pro-  
pter rebellionem & contumaci-  
am ad intercessionem caesa  
est.*

*Pol. annum Christi 1233 Otto  
dux Brunsvicensis & Bomanæ  
obfidiōne iugit & ductis pecu-  
niam exactionibus & incendi-  
is præda onustus abiit. Causa  
erat, quia Henricus Leo avus urbem aliquando obtinuerat adeoque Otto & suam rebatur.*

G 3

cem

*erat, quia Henricus Leo avus urbem aliquando obtinuerat adeoque Otto & suam rebatur.  
Hoc bello vix subito Bremenses & u. f. ca. un. ul. p. 80. locutus*

cem prædicari curasset, Henrici  
Brabantia Ducis, Florentii, Hollan-  
diæ & Clivensis atq; Oldenburgen-  
sis Comitum, Bremensiumq; auxiliis  
 eos aggressus est, tandemq; etsi Duce  
Bolcken à Bardenstete / & quibusdam  
 aliis fortissimè se defenderent, & Co-  
 mitè de Oldenburg in acie cæderent,  
 oppressit, Gerardus Bremensibus  
 inter plura alia victoriæ communis  
præmia tertiam partem bonorum  
Stedingiæ, pecuniarumqve, quibus  
 mulctata est, concessit. Tabulasqve  
 eo nomine non tantùm à semetipso,  
 sed à Comitibus de Oldenburg / de  
Stotel / Canonicisq; & aliis ob signa-  
 tas tradidit.

*Otto Henrici  
 Leonis nepos*

Henrico Leonis filio successit Ot-  
to, ejus ex fratre Vuilhelmo nepos. Is  
 cum in gratiam cum Cæsare Fride-  
rico II rediisset, ab eoqve impetra-  
 set,

set, ut anno 1235 Dynastia Brunsvu-  
centis & Luneburgensis, quam Leo-  
nishæredes defenderant (Ducatu &  
Electoreatu Saxonie in Bernhardum  
Anhaltinum collato) in Ducatum  
Brunsvuicensem & Luneburgensem  
converteretur, hoc eodem anno  
Bremam obsedit, agrumque circum-  
jacentem populatus est. Sed cum  
magnam pecunie summam à Bre-  
mensibus pactus esset, retrocessit,  
eosque ex eo tempore pacatos reli-  
quit: Maximè quod sequenti anno  
etiam cum Gerardo Archiepiscopo,  
de facto & contractu Liemari ac-  
ceptis quibusdam feudis, & perpe-  
tua pace firmata, transigeret.

1235

*Bremam ob-*  
*sedit & ab ea*  
*magnam pe-*  
*cunie sum-*  
*mam extor-*  
*quet.*

1236

Circa annum 1238 Marquardus  
sacerdos quidam Bremensis, domum  
Archiepiscopi noctu ingressus est,  
 &

1238.

& res ibi repertas surrupuit: Quare  
captus, & post degradationem sus-  
pendio necatus est.

1243

*Brema cum  
 Comitibus  
 Oldenbur-  
 gensibus pa-  
 cificitur.*

Anno 1243 pacificitur civitas cum  
Comitibus de Oldenburg/ ne invita-  
se arces, præsidia aut fortalitia Visur-  
gis ripæ imponantur, Bremenses in  
suo comitatu, ab omnibus Teloniis  
immunes, & urgente necessitate de  
Comitum auxiliis certi sint, & si  
quid litis, aut discordiæ oriatur, de eo  
conventus ad Ochtmundam insti-  
tuantur, neq; inde discedatur, quo-  
ad omnia transacta sint, & sopita:  
Hæc pacta, utpote hæreditaria, reno-  
vata sunt annis 1257, 1261, 1403, 1408  
1461.

1252  
*à Casare Wil-  
 helmo privi-  
 legionem con-  
 firmationem  
 impetrat.*

Civitas à Cæsare Vuilhelmo,  
Hollandiæ Comite impetravit con-  
firmationem Privilegii sibi ab Hen-  
rico V concessi.

Simo-

Simoni Gerardi Vicario cum 1257.  
civitate non benè conveniebat, nec  
ea post Gerardi obitum à Simone  
contra Hilleboldum à quibusdam  
electo stabat: Simon ergò fœdus  
iniit cum Stedingis, ut egrè civitati  
faceret.

Hilboldus quoque non diu civi- *ab Hilde-*  
tati æquus mansit, sed contra ipsius *boldo dissi-*  
voluntatē Vuarfletam arcem in Vi- *dens*  
furgis ripa ædificavit, atque bellum  
excitavit.

Seqventi anno Brema incendio 1258.  
consumpta fuit.

Tandem anno 1260 civitas cum  
Hilleboldo transegit, & ab illo sti-  
pulata est, castrum nullum invita  
sefe in posterum in Visurgis ripa ex-  
structū, ab Hilboldo autem sibi, tan- *tandem cū*  
quam filiis carissimis, in omnibus *eo transigit.*  
negotiiis gratiam defensionis præ-  
stitum iri. H Ha-

Haectenus Artifani, non minus at-  
que caeteri cives, publico civitatis  
concilio per omnia paruerant:  
Hoc autem anno ei extorquere co-  
nati sunt, ut in delictis citra langu-  
inem puniendis suo ipsorum frue-  
rentur iudicio. At turpis (inquit hi-  
storicus) pars est, quae non congru-  
it toti corpori.

1261.

*i. e. Krantzius qui hoc habet  
 in metrop. d. 8. c. 24. 40 ad  
 finem: cuius etiam tempori*

*bus memorabile hoc* 1262.

*factum in urbe  
 Brema, ut artifani  
 qui manu victimam*

*praeritant quum* 1271.

*pridem concilio publico  
 civitatis per omnia parue-*

*rent plurimum tamen quae  
 bernatibus laborem creca-*

*rent novis semper perplexi-*

*tatibus rem intricantes  
 tum extorquerent, ut illis permitteretur suis frui iudiciis in emer- Eo-  
 dandis erroribus & excessibus citra sanguinem puniendis ita tamen ut magi-  
 stri per singulos annos renovati, iuramenta praestarent viris consulari-  
 bus temp. gubernantibus nunquam se adversaturos. Turpis enim est pars  
 quae toti corpori non congruit.*

Eodem anno civitati nominatim  
cautum est de immunitate Telo-  
nii Vuildeshufiensis.

Hoc anno opificibus leges præ-  
scriptæ, & magistri præfecti sunt,  
qui inter eos de causis ad opificia  
pertinentibus judicent, & singulis  
annis renouentur renovato quo-  
que juramento, quo publico civi-  
tatis concilio obstringuntur.

*Opificibus  
suis leges  
prescribit.*

Anno 1275 Episcopatu præerat  
Gisilbertus tam in cives, quam suos  
plurimum beneficus. Ex illius fami-  
lia quidam aurifabrum inter rixam  
vulnerat: vulneratus autem dira vo-  
ce, & clamore cives convocat. Illi  
armati domum Archiepiscopi cir-  
cumdant vociferantes nunc de-  
mum tempus libertatē recuperan-  
di advenisse. Et licet Archiepiscopus  
se facturum, vt omnia ex æquo cō-

*1275. Cant. metrop. L. 8. c. 35.*

*Mota sedire  
one populus  
Bremensis:  
Archiepi-  
scopi domū  
spoliat.*

ponantur, obtestetur, vulgus ta-  
men, incertus rei iudex, domū irrū-  
pit, familiam corripit, supellecti-  
lem quasi prædam rapit, domum  
exurit. Archiepiscopus nō sine pe-  
riculo elapsus, omni supplicio inju-  
riam vindicat. Frisones quoque  
perceptis illis investiti navibus ci-  
ves spoliant, cum defensionī & eru-  
ptioni locus non concederetur.

*Mag. idē  
Archiepi-  
scopo inju-  
riam vin-  
dicante  
cives à Fri-  
sonibus in-  
super vexa-  
ti*

*a) in super obuiam peruenit nudo pe-  
dibus pontifici venienti viri & femine  
es*

*culpam de-  
precantur.*

Quapropter submissis intercessorib.<sup>a)</sup>  
culpam deprecantur: atque sic pri-  
sca redit in homines benignitas. De-  
trimentum quidem non magni du-  
cebatur. Erat enim ea tēpestate ce-  
leberrimus & plenissimus navium  
portus Bremensium, & mercatus  
freqvens, cum cereuisia ibi co-  
cta, vel sola esset in pretio. Ideo-  
que rerum omnium adyectiones  
&

& commutationes abundè vitum subministrabant, adè vt etiam annona nullius pretii, & incredibile memoratu fit, quam vilis agnus, quanti bos, etiam opimus, & quam parvi emeretur.

Brema rursus igne vexata fuit. 1288.

Anno 1291 & anno 1297 Civitas jus piscandi in Ochtunda acquisivit. 1291.

Eodem anno 1291 quemadmodum etiam sequenti 1334 inter civitatem & Rustros convenit de praefidiis sive fortalitiis Visurgi non imponendis. *Civitas cum Rustris convenit de fortalitiis Visurgi non imponendis.*

Ericus Norvuegiæ Rex Bremenses inter familiarissimos, & speciales regni amicos assumpsit. 1294.

Anno 1301 solennibus tabulis Gisbertus Archiepiscopus & civitas sanciverunt, eam jure suo liberè

omne Ar-  
chiepiscopo  
autem de  
mutua au-  
xilium.

usuram, & Archiepiscopum omni-  
bis, qui civitatem gravare velint,  
sincera fidelitate, totisque viribus  
restiturum: Civitatem verò vicif-  
sim debitam ipsi vicissitudinem re-  
pensuram, & in suo jure navibus ac  
viribus ex utraque Vuiseræ parte  
auxilium & tuitionem præbituram  
esse.

Eodem anno pacti sunt Archie-  
piscopus & Bremenses, se non per-  
missuros, ut arces in diocesi ædifi-  
carentur.

1305.

Hoc anno trajectus juxta Gemver-  
der venit in manus ac potestatem  
civitatis.

1307.

Circa annum 1307 cum finis ur-  
bis ad occasum olim fossa illa ad  
portam Mattell/ coque Stephani  
templum in suburbio situm fuisset,  
parochia Stephaniana muro cir-  
cum-

cūdari & urbi includi cepit: causam  
rei forte dedit publicus civitatis  
tumultus. Etsi enim Adaldagus ci-  
vitati apud Cæsarem gubernatio-  
nis reformationem impetrarat,  
denuò tamen ea ad meram Oligar-  
chiam prolapsa erat: Pars consula-  
rium( inquit Historicus) divitiis in-  
solescens alebat audaciam juvenū,  
ut impunè quilibet peragerent,  
homicidia, stupra, adulteria, tu-  
multuationes: Administrationem  
Reipub: inter se potentes familiæ  
partiebantur omīssis à consilio bo-  
nis viris, quos libidini suæ adverfa-  
turos videbant. In templo Ansgaria-  
no p̄ portā meridionalē ad lævā in-  
gredienti monumentum extat finis  
atq; termini insolentiis hoc anno  
propositi hac occasione. Lucium

raræ

*Suburbii  
 D. Stephani  
 urbi in-  
 cluditur.*

*Non fuit an. bel. p. 95. fuit d. di.  
 Bremani unius. Et dicitur b. h.  
 consulares facti p. p. l. v. l. v. l. v.  
 inter se dis- tingu. fuit d. di. in. d. i. v. l. v.  
 scordes: pag. n. 44.*

*pars à civi-  
 bus, pars à  
 familiis po-  
 tentib. stās*



peling vir consularis, quomodo  
eum Historicus nominat, emerat:

At ex

At ex insolentioribus unus eum cedi  
sibi postulabat: Renuit Groplingus,  
convivium genethliacum eo die ce-  
lebraturus: Alter minas spirare, & in  
eius mortem conjurare: Nec multo  
post, cum Groplingus diceretur pro  
ratione illius temporis, extremo ac-  
cepto viatico, animam agere, factio-  
nis iste ex foro procurrit, & cum suis  
armati in domum ac cubiculum ir-  
ruunt. Famulus vim parari hero vi-  
dens præcurrit, & cum alio modo  
herum tueri non posset, super illum  
leviter inclinans, objectu sui corpo-  
ris illum servare voluit: At furibun-  
di isti uno icu, & famulum & he-  
rum in lecto confodiunt. Hic con-  
currunt cives cum melioribus ex Se-  
natu, statuuntq; divino se nixos præ-  
sidio, in urbe non laturos Oligarchas  
istos facinorosos: qui cum fuga sibi

*donec Arnol-*  
*dus de Gro-*  
*pling civis*

*suborta inter*  
*ipsum & in-*  
*solentiorum*  
*unum simul-*  
*tate aperta,*  
*graviter de-*  
*cumbens, de-*  
*num*

*etiam sub a-*  
*gone mortis*  
*una cum pro-*  
*tectore famu-*  
*lo*

*cōfessus mor-*  
*te sua ansam*  
*præbet*

*Oligarchis*  
*non modo re-*  
*sistendi*

*verum ipsos  
in aeternum  
proscribendi.*

consuluisse, boni tabulam propo-  
nunt, quibus totam illam factio-  
nem cum liberis, cognatis, affinibus  
& amicis, in aeternum proscribunt:  
Ita purgata civitate (inquit Histo-  
ricus) insolentissimis hominibus  
magno numero proscripti sunt om-  
nes: Illi invocato primùm Duce  
Lunæburgensi magnam substantiæ  
suæ partem impenderunt, ut vi-  
ducerentur in urbem. Cùm autem  
Dux aliquot vicibus productis ar-  
mis nihil perfecisset, illi ad terræ Mi-  
litares converfi pro auxilio illos im-  
plorabant, & multarum rerum im-  
pendia frustra perdebant.

His bellis nec dum sopitis, ut an-  
tè Archiepiscopi & cives plerunq̄ve  
beneficiis inter se quasi certarunt,  
munitiõnemq̄ve urbis impensè cu-  
rârunt, nihil inde præjudicii veri-  
ti,

*Время мѣро*

ti, aut machinantes: <sup>a)</sup> Ita sub hoc *circundatur, a) Circa annum*  
tempus, cum cives vallo, quo firma- *MCCC episcopus Altm. moderan.*  
batur urbs, murum imponerent, *de Johanne*  
transversum agi coeptum est: *unt*  
Ar- *of Decan*  
chiepiscopus enim Joannes rem su- *archiepiscopus*  
spectam habens, nisus est opus im-  
pedire. Ast cum armis & viribus  
posset difficulter, jure quidem cæ- *cum archie-*  
pit agere, sed frustra. *piscopo.*

Idem Joannes cum sacerdotem  
in civitate vinciri, ac in arcem Lan-  
gyuedelensem perduci jussisset,  
res (inquit Historicus) capitu-  
lum æquè, ac populum civitatis tur-  
bayit.

Hoc anno bellum Civitatis & *1308*  
exulum, cum hi exinaniti, Aerari-  
um quoque civitatis exhaustum ef-  
set, transactum est, & amicè com- *cū exilibus,*  
positum.

1309

Hoc anno speculæ extra urbem posite sunt, ut non tantum urbs ipsa, sed & suburbia, atq; vicini pagi, contra subitas hostium incursiones præmunirentur.

1310

Anno 1310 inter Bременses & Advocatos urbis Stadæ fœdus percussum est de Vorda vicinorum Comitum auxiliis recuperanda, & Diœcesi restituenda.

*cum comi-  
bus de Olden-  
burg,*

Proinde inter Comites quoq; de Oldenburg, & civitatem fœderata sunt annis 1309, 1310, 1311. Præcipuè verò inter eos anno 1311 convenit de via publica à Delmenhorsto urbem usq; adversus deprædationes asserenda.

1312

Inter Budjados & Civitatem anno 1312 contentio incidit de direptis Bremensium navibus. At illi caverunt, si quid damni in posterum navigan-

vigantibus inferretur, tum reos ad  
refusionem damni intra dies 14 &  
pœnam 60 vel etiam pro navium  
qualitate 100 marcarum, & si rei sol-  
vendo non essent, eorum nomine  
vicum, in quo habitarent, ad soluti-  
onem compulsum iri.

*cum Budjadis transigit  
certis condi-  
tionibus,*

Hoc anno terra Niehe fidem Ci-  
vitati dedit, se ei quavis urgente ne-  
cessitate præstò futuram. 1313

Anno 1314 Civitas contra Archi-  
episcopum foedus iniit cum Comi-  
tibus de Oldenburg / Hoya & Diepff  
holz. 1314

Anno 1315 cum Budjadis rursus  
de direptionibus in Visurgi factis  
transactum est. 1315

Sub annum 1316 Comes de Ol-  
denburg terram Wûrden, & redditus,  
quos in foro Civitatis Leha habet,  
civitati pro 1800 aureis pignori obli-  
gayit. 1316

1324

*cum Frisii  
paciscitur,*

Anno 1324 lites, quæ inter 7 Fri-  
fiorum Zelandias, & Civitatem sub-  
ortæ erant, compositæ, sancitumq;  
est, eos, ceu unam gentem, fidem &  
amicitiam constanter colere velle,  
ac debere.

1325

*cum finitimis  
fœdus icit,*

Anno 1325 Fridericus de Xauthis  
Vicarius Archiepiscopi, Episcopus  
Verdensis, Comites de Oldenburg/  
Delmenhorst/ab Hoya & Diepffholtz/  
& Bremenses, ad pacem publicam,  
constituendam in fœdus coierunt,  
pacti, quot eqvites, peditesqve à sin-  
gulis subministrari deberent.

1328

Anno 1328 Henricus Comes de  
Neuenbrockhausen/beneficio civitatis,  
Gogravius factus est in terra Viehe-  
landt.

1331

Cum inter Archiepiscopum,  
Comitesqve de Oldenburg/ & Ru-  
stros, acris incidisset contentio, ea 8  
mi-

militarium, & aliorum 8 proborum virorum tractationi permissa est: hac lege, ut, si non succederet tractatio, ad quosdam Clericos deveniretur: Et rursus si nec clerici litem componerent, causa à consulibus Bremensibus decideretur. /u

Anno 1335 Halto Klencfofen senatus nomine factus Gogravius terræ Viehelandt: Eodemque anno foedus cum Civitate percusserunt Comites de Hoya. 1335 +

Eodem anno effecere Archiepiscopus, Comites de Oldenburg / Delmenhorst / Hoya / Stottel & Diepholz / Civitas Bremensis & Rultri, ut inter Saxones & Frisones pax & foedus perpetuum firmaretur.

Anno 1339 cum de trajecto propè 1339  
civi-

civitatem ( pontem enim tum non-  
dum habebat ) controversia incide-  
ret, ea duorum Camerariorum jura-  
mento, Archiepiscopo multisq; Co-  
mitibus & canonicis presentibus,  
dirempta est.

1344

Parochia Martiniana igne propè  
absumpta est.

1345

Comites de Oldenburg/ oppidum  
suum Oldenburg privilegiis quibus-  
dam ornarunt, eorumq; custodes &  
vindices constituerunt Bremenses.

1347

Cum inter civitatem & Milita-  
res Holsatiæ Krummen dycke de homi-  
ne servo, cive Bremensi, rixa orta ef-  
set, cives Oldesloi & in aliis Holsa-  
tię locis non ausi fuerunt se Bremen-  
ses profiteri: Unde factum quod Bre-  
menses cum in Holsatia à teloniis  
immunes essent, telonium tamen  
solverent, eaq; res in consuetudinem

*Immunitatis teloniorum, quæ in Holsatia donata,*

verte-

verteretur: quoad post annum 1400  
Gerardus Dux Schlesvicensis in  
Dithmarsia cæderetur & ab ejus su-  
perstitum liberorum tutore, Henri-  
co Holfatiæ Comite, civitas restitu-  
tionem immunitatis impetraret.

*restitutionem  
impetrat.*

a) Gotfridus comes in Arnsberg &  
 Mauritius Comes in Oldenburg de  
 episcopatu diu contendunt, hic pos-  
 sessione arcium Diœcesis, quas jam  
 ab annis patruī Ottonis Archiepi-  
 scopi tenebat, fretus, ille pontificis  
 summi confirmatione. Uterq; stu-  
 det civitatem suis partibus adjunge-  
 re. Tandem Gotfridus arte superior  
 sibi eam devincit. Quippe quatuor  
 civium præcipuos pollicitationibus  
 suis adit. Hi rumorem dissipant, ma-  
 gno periculo civitatem involvi, nisi  
 viri consulares rebus aliter cōsulant,  
 adulterinam Mauritiū administra-

*a) Post illius (successores) abur.  
shardun & Ottonem  
1349.*

*Bremenses  
Gotfrido ad-  
herescentes  
44*

*sumultuan-  
tur,*

tionem repellant, & literis manda-  
tisqve Apostolicis confirmatum,  
Gotfridum suscipiant. Quid mul-  
ta? movetur incompositum vulgus,  
turmatim invadit prætorium & bel-  
lum Mauritio pro Gotfredo nuntia-  
ri vult. Sin minus, se suis rebus pu-  
blicis jam aliter consuluisse. Sena-  
tus contrà multis rationibus tentat  
populum à sententia dimovere, mō-  
strans ac prædicens damna complu-  
rima, cūm sponte se bello alieno im-  
misceant, fortunamq; & eventum  
belli semper in ancipiti & difficilimo  
loco esse. Verūm nil agunt adhortati-  
ones apud persuasam jam plebē, quæ  
clamore etiam contendit semel in-  
flammata, jam patere, quid sibi velint  
crebræ cum Mauritio commessatio-  
nes & choreæ, quoque sub noctes fre-

*Senatum ad  
belli apparatus  
cogunt*

frequentatæ. Non publico patres commodo, sed privato cum Mauritio fœderi & affectibus inservire. Nec cessit tumultus, quoad bellum decerneretur.

*& Mauritio bellum denū-  
ciant.*

Mauritius igitur Gotfridi æmulus acceptis ab hostibus literis publicas vias Bremensibus intercludit, Virsurgim eis infestum reddit, & ne Lesmonam transirent, efficit, militum præsidio ad Lesmonam collocato: Pontem supra fluvium instruxere Bremenses, præsidiumq; firmarunt, unde defenderetur: Sed neque sic transire poterant, nisi armatas naves ad propugnandum adjungerent: Quo facto cum transissent incendiis universam Diœcesin deformarunt. Mauritius autem collecta undecūq; valida manu<sup>a</sup> expeditorum militum

1350  
*Ille igitur ipsis publicas vias intercludit,*

*& diœcesin vastantes primit, a) & ... e*

(cui inerant Comites de Oldenburg / de Linow / de Marca & de Steinfurde / & Padebornensis Episcopi manus, cum multis Militaribus) eam ducebat in<sup>a</sup> urbem Bremam ad fortaliti-um, quod apud nosocomium Sancti Remberti: Ibi conferuntur manus, vincuntur & trucidantur ciues, donec sepium præsidio, quæ penetrare non poterant equites, liberarentur: Itaque Mauriti-s verso ad Orientem agmine suburbium ad cœnobium D. Pauli invadit, spoliat ac incendit. Mox præsidium ad Lesmonam adit, fugat & pontem ibi à Bremanis extructum unà cum navî militari occupat: Dubium deinde non erat, quin Brema hostem dominum habitura fuerit, eodem-que die epulari in urbe Mauriti-s potuerit, si quemadmodum sciret  
vin-

*ad ipsam*

*ad nosocomium S. Remberti prelio superat,*

*suburbium D. Pauli incendit,*

*præsidium ad Lesmonam fugat,*

*alium qui dem*

vincere, sic victoriam continuare  
 scisset. Tum quidem illum, aut fa- *& tamen ur-*  
 tum urbis, aut ipsius clementia, quod *bi, cum posset*  
 afflictioni afflictionem addere nolu- *occupare, par-*  
 erit, aut mens timida (inciderat enim *cit.*  
 pestilentia totam per urbem) in di-  
 versum abstulerunt: cum victoria  
 posset uti, & urbis portas à custodi-  
 bus relictas occupare, illam sua sorte  
 frui maluit, relictâq; Brema ad sua  
 remeare. Interim populus resipiscere *Interea popu-*  
 poterat, qui tum demum implorat *lus resipiscit,*  
 senatum, oratq; ut de pace cogitet.  
 Ille rem perdifficilem fore respondit,  
 & omnia, quæ jam pati cogantur,  
 prædicta monstrat. Pollicetur popu-  
 lus se nunquam turbaturum acta &  
 constituta consilii publici, idq; jura-  
 mento firmat, statuitq; , ut posterrita-  
 tis gratia in annales referatur. Inter- *& interventu*  
 ventu igitur senatus eò redigitur bel- *Senatus cum*  
*Mauritio re-*  
*conciliatur.*

li exitus, ut Gotfridus confirmatus Archiepiscopatum teneat, & Mauritius totius diocesis sit præfectus.

*a) Archiepiscopus autem con-  
tempo Mauriti, 1351  
o Gerardum*

*a)* At pax non fuit valde diuturna, quod Gotfridus male se à Mauritio haberi conquerens, Comitè de Hoyà coadjutorem adscivisset, eidemq; arcem diocesis Tedinghusum summa cum offensione ordinum Diocesis tradidisset: Arma statim fuissent arrepta, nisi civitatem, sine cujus auxilio Mauritius nihil audebat, prioris belli impendia absterruissent.

*Virum civita. Sed pax non  
fuit diuturna  
fuit molestum & contrarium. Ideo  
Senatus iterum per tumultum  
Gerardo indicare bellum  
à civibus præter iuramentum  
iam ante præfitem coactus  
est.*

1356

Tandem cum Comes de Hoya sub annum 1356 civibus quibusdam Bremensibus, suis quondam fervis, status controversiam importunè movisset, hi, quod scirent Bremensibus per Vuillehadum à Carolo Magno privilegium impetratum,  
&

& à Cæsare Friderico confirmatum  
 esse, Bremenses vindicias herorū an-  
ni & diei præscriptione submovere  
posse, Comitem apud multitudinem *adversante*  
criminari, & in invidiam vocare non *videlicet po-*  
destiterunt, donec totam ad bellum *pulo coadju-*  
concitassent: Comes hanc conditi- *tori.*  
onem proposuit, se duorum è capi-  
tulo, & totidem è Senatu arbitrio  
staturum: Sed bellum suasit Mauriti *Amore igi-*  
amor, ac studium, & opulencia tum *tur & studio*  
(inquit Historicus) Bremenses fecit *Mauritii,*  
insolescere, ut neq; intus pacem,  
nec foris æqvabilitatem sustinere  
potuerint: Fœdus igitur ineunt annis  
1356, & 1357 cum Mauritio, & Capi- *1357*  
tulo, stipulanturq; ab illis, in even-  
tum recuperatæ arcis Tedinghausen/  
450 marcas, & dimidiam arcis, & *fœdere sanc-*  
totius præfecturæ partem pigno- *to*  
ris loco retinendam: Castellani  
 qvoq;

bellum mo-  
ventes

Superantur,

quoque; sive militares loci non tantum  
operam suam ad recuperationem ar-  
cis offerunt, sed Capitulo, & civitati  
fidelitatem jurant, caveturque inter  
cætera, Castellanos hanc civitati fi-  
dem in perpetuum servare oportere,  
ut, si quando etiam, ubi jus id pigno-  
ris solutum, bellum inter dioccesin,  
& civitatem incidat, ipsi neutralita-  
tis partes sustinere debeant. His ita  
confectis itum est ad prælium & pu-  
gna commissa, sed victi cives pluri-  
mos suorum cæcos, captosque deside-  
rant.

Adhæc illis, accedit etiam ex-

al propter conti-  
macionem è com-  
munione ejiciuntur.

b) Spulentia enim illos faciebat  
infollescere ut neq; intus pacem,  
neq; foris æquabilitatem sustine-  
re possent. Vix sunt recepti,

quoniam Bremensis quidam  
civis in mari damna per piraticam

communicatio Anzæ Teutonicæ,  
propterea quod bella sua persecuti  
ad conventum non accesserant, &  
præterea Johannes Holman civis  
Bremensis piraticam transeuntibus  
irrogârat.

Erant quidem ipsi causa qua propter  
Hamburgenses hostes infestaretur.  
Verum quia sine discrimine, se omnium communem hostem, ac perinde cum  
suis civium præbet, viam reconciliationis Germanis aperuit.

Crantz. l. 9. c. 42

Bremenses nihilominus cum Comite bellum redintegrant. Rumor erat hosti ex agro Jutiacense trecentos lancearios venire præsidio: Cives 600 per Comitem de Marcha conscriptos, quo duplicatus illis esset numerus, ad prælium ducunt: Cedit ante pugnam Comes: Bremenses igitur per omnem comitatum prædam impunè cogunt, donec à Comite circumventi, cæduntur, & capiuntur. <sup>a)</sup> Cum autem ad redimendos captivos à Senatu collecta indicta esset, inde novi extitit tumultus causa & conspiratio, quam grandem appellarunt Ligam: Hæc urbem tumultu complet: Mercatorum ordo, quòd videret, civitatem è comunione Anzæ ejectam, eò miseriæ prolabi, & res civium ita diffuere, ut paucitate comitantium, in-

*Ipsi verò nihilominus capti bellum redintegrant,*

*esse*

*et Quamobrem civiter cum maxima cura ultimum ire siccomit cladem se finat et dromeres / genus id est navium in comitatum summo ratarium / Hojensem va militibus in / stant, chor in hojsem Hojam / usq mittunt. Pugnam magis / & secundo consilio desylent / victi indigena. ignem Brema / ser in oppidum inmittunt, p / indicta colle- pluvia occurrit in / tra cordis. Inde prono aone / Sedinghusen pe tentes praliam / renodant, aneg, hadem affidua / oppug ratione labefactata pot / antes. La hica ingen Bremae, / conspiratio- noior apud comi / nom. Ligam ten. Victoriam orin / dictam, exci- prissam, se opti / tant. o, hor in comido permutat / set: tantum in hor respugant / præsidii.*

es

L

pu-

*Postquam compo sito bello capti opibus instructi. Sæc se redimant are: pauperes publicam opem implorant. Senatus itaq, tributum à cæteris civibus exigi mandat.*

publicis locis gramina succresce-  
rent, indictæ collectæ se submittit, si  
de restitutione Senatus se laboratu-  
rum polliceatur: Hoc impetrato  
passus indictionem cum patribus se  
conjungit, eoq; cum tumultus du-  
ctores pleriqve ad supplicium im-  
provisò abrepti, partim etiam pro-  
scripti, eorumq; bona ad captivo-  
rum redemptionem collata essent,  
tumultus compositus.

i  
unt

*a) Durat in perniciem civitatis  
 in hunc malum, resq; Breves  
 suam paulatim diffundit ac  
 minuitur æternitatem per bellum  
 negotiatione. Nichil sibi seu no-  
 biles, qui à comite ad civitate  
 tem transierant, iacturam bonorum  
 hoc bello factam & sibi à senatu re-  
 stituti contendunt. De. 1359*

*nam controuersiam Christianus  
 comes in delmshorn tanquam  
 honorarij arbitri Interea Ger-  
 ita transigit, et nojuntor insensu  
 biles accepto Fez Bromensibus  
 dinghusen feudali beneficiis  
 conquisserent.*

*Interea Albertus Dux Brunsvi-  
 confis fit archiepiscopus rem  
 vrgente Gerardo.*

Interea Comes ab Hoya, ut Bre-  
menses ulcisceretur, in suas partes  
pertraxit Magnum, Ducem Brunsvi-  
censem, filio ipsius Alberto Archie-  
piscopen Bremensem promittens, ut  
cum ipse Godefrido, apud quem o-  
mnia posset, persuasisset, ut Romano  
Pontifici resignaret Archiepiscopen  
suam, resignatam peteret Magnus  
 pro

pro filio: Placuit Duci negotium,  
Godefridus adoptavit Albertum, ut  
de successione certus esset. Magnus  
 igitur pater Alberti, cœpit cum Ca-  
 pitulo & civitate de pace agere (ho-  
 stilia enim Gerardi suasu Bremæ de-  
 nunciarat.) In VValsrado conven-  
 tus agitur. Adfunt Bremani mul-  
 tis militaribus nobilibusq̄ve ad iter  
 conductis, juvenumq̄ve armato-  
 rum flore comitati. Omnis con-  
 troversia inter illos & Comitem,  
 deponitur, Albertus Archiepisco-  
 pus declaratur, & à civitate homa-  
 gium deponitur. Obstat Maritius,  
 & præcisè fides, q̄va Bremam sibi  
 obligarat.

*Magnum  
 ducem Brun-  
 suicensem in  
 eos quidem  
 concitat.*

*sed non mul-  
 tum proficit.*

*14  
 iuramentum, quo Bremani si-  
 bi obligarat, cuius non  
 vult remittere.*

In annum 1361 incidit bellum  
 Anzæ Teuthonicæ, quo fœdere cum  
 Sueciæ & Norvugiæ Rege contra-  
 cto Regem Daniæ Vuoldemarum

1361

coëgerunt sibi de illatis damnis satisfacere, omniaqve societatis jura, & immunitates renovare: Brema ad bellum summisit duce Dettenhusio consule navim unam bellicam, & 50 armatos.

1362

*Postremū vi-  
cto Mauritio*

Inde cum Mauritius à Magno Brunsvicente sepè interpellatus civitati remissionem homagii negaret, Magnus ad arma venit, Vordam arcem obsidet, Mauritiumq; ad deditioem & remissionem homagii, quo civitatem is tenebat, cogit.

*Brema Alberto homagium prestat.*

Quibus confectis toto armorum splendore ad Bremam tenditur: Evocatur civitas ad præstandum homagium: Emittuntur duo consulares, qui Senatus, populiqve nomine sacramenta præstarent: Displicet forma duorum senatorum civitatis nomine fidem dantium, sed cum istam

*rei gerendæ*

Bre-

Bremanis solennem esse cernunt,  
contenti abeunt, & pacta tabellis si-  
gnata relinqvunt.

<sup>4</sup> Proinde civitati ab Alberto nihil  
metuendum videbatur, præsertim  
quòd eodem anno 1362 arcem Stot-  
tel pignori neceret civitati, & unà  
cum aliis delectis anno 1363 eam Co-  
mitibus de Hoya, qui querebantur,  
in urbe contra se non citatos judici-  
um & condemnationem institutam  
esse, arbitrio solenni conciliaret, imò  
in fœdus cum Comitibus de Hoya  
& civitate ad constituendam pacem  
publicam, & impediendam novo-  
rum castrorum erectionem coale-  
sceret. Sed dictum antea est factioso-  
rum quosdam ex urbe proscriptos,  
eorumq; bona publicata fuisse. Hi fo-  
ris egerunt cum Archiepiscopo Al-  
berto, intus cum amicis, ut civitas

*is mandata.*  
a) Saeviebat adhuc grandis il-  
la liza & societas etiam in  
destructione inhians. Vigebat  
enim Senatus collecta ad  
redimendum captivos. Inde ad  
arma ventum qd. factioforum  
1363 turba apud Hildes  
navibus productis pro signis  
militaribus vsa consularium  
domus occupat. Sed illi im-  
misso in urbem praesidio  
militi, si pati insuper bo-  
norum civium armis socia-  
tatis ingloria capita com-  
prehendunt & partim de-  
collari, partim proferri  
iubent. Statim & mortis &  
causa sociorum videtur Johes.  
nec Holman maiore impetu  
Proscriptis incaluit vir pi-  
rata & extreme impius.  
Qui cum  
b) secreto ageret

Alberto traditur.

¶ De viadictam oris forum pol.  
licetur, iamq. nimirum & po-  
tes. Albertina.  
na fretus fabulam familias sua  
urbem, ope amicorum, effi. dicitur  
moenia deglabant, noctu in-  
uadit & populo 1366.  
in forum conuocato pasua.  
det

Urbem archi-  
episcopo pro-  
dant.

¶ Albertum

cives ad arma  
conclamant,

tum ... tum

et adorse nunc tempus liber-  
tati donatum. His vulgus  
ad arma simulat, unde pro-  
rum coedes & vincula.

!

& persuaso

Archiepiscopo proderetur. <sup>a)</sup> Hujus  
proditionis erant principes Johan  
Holmannus insignis latro, diu pira-  
ta, cū consule Johanne von der Tiver.  
Navibus prono flumine intro-  
ducunt Archiepiscopum, ea urbis  
parte, quæ Tivera dicitur, prodito-  
res portas reserant: noctu capitur ci-  
uitas.

Cum in forum prodissent, into-  
nuit Holman in medio multitudinis  
concurrentium civium, venisse Ar-  
chiepiscopum, ut nimiam potenti-  
am & violentiam insolescentis Sena-  
tus domaret, jura unicuiq; restitue-  
ret, unicuiq; sua servaret, qui servitu-  
ti libertatem præferrent, agglomera-  
rentur lateri suo: redisse cum illo ci-  
vium diu peregrinantium immuni-  
tatem. Ea vox simplices multos deci-  
pit, viri boni, qui pro libertate ad ar-  
ma

ma confugerant, ceduntur, capiuntur, <sup>populo urbem</sup> <sup>occupant.</sup> <sup>a) Malta elabandus</sup>  
 fuga sibi consulunt: Johannes ab Ha- <sup>is dicitur</sup> <sup>ellos</sup>  
 ren, vir consularis, neglectis propriis <sup>Johannes au-</sup> <sup>6) qui</sup>  
 comodis & opibus literas, & tabel- <sup>tem ab Haren</sup>  
 las signatas archiepiscopi, quibus. mo- <sup>vir consularis</sup>  
 re predecessorum civitati libertatem <sup>arreptis literis</sup> <sup>promissa</sup>  
 firmaverat, velut ingentem thesau- <sup>& tabellis si-</sup> <sup>gnatis profa-</sup> <sup>facta</sup>  
 rum, secum auferebat. Seditiosorum <sup>git.</sup>  
 antesignanus *Hollman* castellum tu- <sup>Holmannus</sup>  
 multuarium contra cives erigit, & <sup>igitur potius</sup>  
 firmat. Orta luce emicuit, rem longè <sup>urbe castelli</sup>  
 aliter, ac promissa, per peditores geri. <sup>erigit.</sup>

Nam visa sunt in urbe incendia, <sup>adversus ci-</sup>  
 deprædationes, & innocuorum cæ- <sup>ves innocuos</sup>  
 des. Mox etiã archiepiscopi præsen- <sup>grasatur,</sup>  
 tia conjuratis suspecta, & onerosa,  
 causam novi consilii, eũ qualicunq;  
 videlicet cõditione dimovendi præ- <sup>& archiepi-</sup>  
 buit. Vectigalia igitur ei permittun- <sup>scopum etiam</sup>  
 tur, pecunia prompta numeratur, & <sup>vafre & qua-</sup>  
 quicquid poscit, quo abeat, offertur. <sup>cunq; potest</sup>  
<sup>conditione di-</sup>  
<sup>movet.</sup>

Actum

a) I Oldenburgiac ditionis  
 b) huius seculo

Interea pro-  
 fugi Comitē  
 Oldeburgen-  
 sem in arma  
 concitant.

c) Antin.

Is amicorum,  
 qui in urbe  
 degebant, ope

noctu urbem  
 recipit.

Inde seditio-  
 forum cades.

Actum erat de civitate, nisi Con-  
 radus<sup>us</sup> Comes de Oldenburg profugis  
 bonis civibus contigisset, eumq; illi  
 promisso mille marcarum Oldēbur-  
gicarum stipendio in partes suas tra-  
xissent. Ille quoque non ausus expu-  
 gnationem militem clam collegit,  
 & tenuit, donec illa factiosorum ra-  
 bies securitate paulum consenesce-  
 ret. Interea elapsi novas machinas  
 ad recipiendam, & liberandam ur-  
 bem adhibent, amicos secretò, quid  
 moliantur, docent, & securis demum  
 hostibus, aucti armis cæterorum, ur-  
 bem satis astute aggrediuntur. Ad-  
 volat ipse Conradus valido stipatus  
 milite. Qui intus fuere, portas rese-  
 rant, mactantur obvii quiq; ex sedi-  
 tiosis, capita occisorum in suarum  
 ædium foribus appenduntur. Nec  
 foeminæ illorum ab ultione tutæ,  
 quia

quia jam iterum Archiepiscopum ad  
arma vocasse dicerentur. Tiberus

*Tiberius Con-  
sul seditiosus*

Consul seditiosus unco alligatus de  
janua suspenditur. Alii ab equis per  
plateas tracti animam efflant. Hol-  
man alios opprimere solitus, vix de-  
fensionem audet, inq; tempore cō-  
prehensus & occisus infigne specta-  
culum ultionis fuit. Qvippe vir pro-

*& Holman-  
nus antesigna-*

*us cum tota*

*familia neca-*

*tur: impunitatem*

*perdidit.*

*perdidit.*

*perdidit.*

*perdidit.*

*perdidit.*

*perdidit.*

*perdidit.*

*perdidit.*

*perdidit.*

*perdidit.*

*perdidit.*

*perdidit.*

ceritatis eximiæ ex janua ædis pro-  
priae pendeat. Ex plebe primores  
imperitæ multitudini veniam pre-  
cantur, nimiam mansuetudinem &

& clementiam Senatus, qua multo-  
rum audaciam vegetasset, præten-  
dentes. Ignotum est illi, renovatum

qve juramentum à civibus sæpe præ-  
stitum, nunquam videlicet illos ad-

versus publicum civitatis consilium  
facturos: Opificum quoq; tribubus

præter Magistros duo etiam Con-  
sulares

M

lares

*al. Praefecti præ-*

*sidis impositi*

*sur: impunitatem*

*perdidit.*

*perdidit.*

*perdidit.*

*perdidit.*

*perdidit.*

*perdidit.*

*perdidit.*

*perdidit.*

*perdidit.*

*perdidit.*

*perdidit.*

lares præfecti, ne quidquã eorũ, quæ  
inter cives agerentur, Senatum pos-  
set fugere. Atq; hoc est intestinum  
illud malum, quo misera civitas in-  
ter civium suorum manus lacerata  
ad eam tenuitatẽ peryenit, ad quam  
ab hostibus externis huc usq; non fu-  
erat adacta.

*Albertus  
etiam bello  
petitus ad cõ-  
stantiam pro-  
missorum  
cogitur;*

Albertus aperto bello petitus tã-  
dem coactus est promissa sua novis  
tabulis confirmare, & inter alia cave-  
re, se Mauritio Oldenburgico co-  
ram Capitulo, Militaribus & Senatu  
Bremensi, jure responsurum, & quod  
illi judicarent, exoluturum, omnia,  
quæ civitati ademisset, præcipuè ar-  
cem Stotelensem, & Tedinghusen-  
sis partem dimidiam restituturum,  
contra pacem publicam, libertatesq;  
& jura Bremensium, quæ tempore  
prædecessorum suorum habuerint,  
nihil

*Et hæc de cau-  
sa nova tabu-  
la eriguntur.*

nihil commissurum, sed ea omnia intacta relicturum, ab iisq; aliorum quorumcunq; invasiones, & injurias propulsaturum esse.

Conrado Oldenburgensi & Christiano Delmenhorstensi Comitibus Archiepiscopus cavit, se illum in usufructu Mittels Hammelwarden / & hunc in Echterlandt / quam pignoris jure tenebat, non turbaturum.

a) Sub annum 1368 ob injurias negotiantibus illatas recrudit bellum cum Budjadis seu Rustringis, quos Albertus Archiepiscopus, Mauritius nō ita pridem administrator Bremensis, Gerardus, Christianus & Conradus Comites de Oldenburg / filius Henrici de Newenbrockhausen / & Bremenses conjunctis virib<sup>9</sup> adoriebantur. Capitane<sup>9</sup> in Blexen pollicebatur, se terram in potestatem eis daturum,

1368 a) Anno deinde  
 ALEXANDER cum civitatib<sup>9</sup> ad  
 modum paulum respiciasset, in  
 Recrudescit bellum contra Budjados  
 Alexem a Russis  
 pro defensionibus  
 perit conflictu, in  
 quo etiam

in Blexen cum multis nobilibus  
 & 700 armatis  
 perire, non paucos civis amiserit.

si ditioni suæ parceretur. Sed id susq;  
 deq; habitum fuit, jactitatumq;ve, ut  
 Historicus inquit, nihil posse rusti-  
 cam manum adversus armatos equi-  
tes, quorum nobiliores jam auro suf-  
farcinati erant, certa victoriæ fidu-  
cia, ut pretiosa quæq; coemere pos-  
sent à gregariis militibus. Valuit au-  
 tem hoc Rustica manus, cum copiæ  
*max victores.* medio interfluente flumine divisæ  
essent, ut septingenti armati cecide-  
rint, & ex eis vix evaderet unus, qui  
factum nuntiaret. Eandem propè  
fortunã sequenti anno Comes Con-  
radus, cum is ad se, ac suos ulciscen-  
dum bellum redintegraret, expertus  
est.

1369  
 Wenceslaus  
 Caf. Bremen-  
 sium privile-  
 gia confirmat.

Vuenceslaus Cæsar confirmavit  
 civitati privilegium ab Henrico V  
 impetratum.

Sub annum 1373 & sequentes no-  
 vis

vis turbis causam dedit contumelia  
Archiepiscopo Alberto à Johanne  
Zesterfiete/ Decano illata. Herma-  
phroditum enim esse dixerat, & in  
utranq; venerem æqvè promptum.  
Archiepiscopus rem graviter tulit, &  
cum civitate, aliisq; quibusdam dioc-  
cesis ordinibus fœdus init tam ar-  
ctum ac solenne, ut certi eligerentur  
arbitri, qui omnes lites, & controver-  
fias, quæ inter fœderatos exoriri pos-  
sent, definirent.

1373

*Albertus Archie: hermaphroditus esse creditur.*

Paulò pòst inter Bremam & Ham-  
burgum oritur controversia de præ-  
rogativa in conventibus publicis.  
Hamburgum agitabat memoria<sup>a</sup> &  
recordatio pristini archiepiscopatus:  
In magno enim honore, & dignitate  
poni consueverat, Archiepiscopum  
habere, & esse civitatem metropo-  
lem. Hoc honore Hamburgum præ-

1374 Sexennio

*Brema cum a) sua ultima Hamburgo antiquitate de prerogativa contendit. h) et auctoritate qua quidem ante Bremam præpollerat sed quam iam antea miserat, agitabat.*

*af. h. m.*  
 polluerat ante Bremam. Verùm Bre-  
 ma præsentibus innixa, & non quid  
 olim, sed quid hodiè, intuendum  
 contendens, Lubecæ primas obti-  
 nuit: Et anno 1418, cum ealis reno-  
varetur, defendit.

1375

Anno 1375 Capitaneus & Pa-  
rochiani in Rodenkirchen in terra  
Budjadorum, civitati fidelitatem  
jurarunt.

1376

Oppignoravit Albertus capitu-  
lo, & civitati Vuildeshusium & ar-  
cem Langwedell / quæ annos quàm  
plurimos ab illis possessa fuerunt.

1381

Hoc anno civitas unâ cum cæte-  
ris ordinibus Diœcesis transigit de  
arce Vorda cum Militaribus de  
Mandelschlo.

*Archiepi-  
 scopus à cri-  
 minatore*

Ferebat tùm præcipuè tumul-  
tus à Decano Zesterstet excitatus.  
 Cùm

Cùm enim archiepiscopus Oratores Civitatis Osterholtium ad se evocatos rogasset, ne criminatori suo adversus se, in urbe securitatem præstarent, Decanus verò re intellecta assensum frustra deprecatus esset, curru is conscenso Verdam concitato cursu petiit: & cum vix evasisset, Episcopus Verdenſis factus auxilia non tantùm suorum familiarium, præsertim Militarium de Mandelschlo/Klenckof/Behren/Landſſibergen/Gröpling/& Wenhe/ sed & Alberti Ducis Lunenburgensis impetravit. Illi Dioecesin Bremensem, & præcipuè agros arcis Langſvedel subjectos hostiliter invadebant, magnumqve prædam abigebant. Loci præfectus, Schulte/ Militaris ex urbe mutuatus auxilia hostem insequitur. Is præda reli-

*bello in super  
petitus*

*per præfecturam*

*auxilio Bre-  
mensium  
a) Ab hinc annis  
septem nobiles  
regibus comitatus  
præfecturam  
ferro & incendiis vastant*

eta

relicta profugit. Subsequuntur cives sine acie turmatim, sine compendiis viarum per patentem campum sparsi. Hostes fatigati labore, quem bi-duo, & duabus noctibus continua-verant, fuga absistunt & collectis vi-ribus priores persequentium, ante-quam adventaret multitudo, interfi-ciunt. Inde mox oberrantem mili-tem, & nil tale metuentem aggressi prosternunt. Itaq; Bremensium multi cæsi, sed plurimi capti sunt, qui se postea mille auri marcis redeme-runt. Cladem hanc culturi Bremen-ses primùm Mandelschloenses om-nibus fortunis, quas in Archiepisco-patu habebant, exuunt, inde Walsfræ-de oppidum adoriuntur, occupant, & incendunt, ac Drakenburgum, unde hostes exierant, aliorūq; mul-torum Militarium arces expugnant,

&

*imprudenter  
hostem inse-  
quitur.*

*Bremenses  
itaq; cladi  
miores*

*Clader illa traxit ad irrupti-  
onem Albertum Saxonie ducem  
ipse quidem Bre. Mandelschlo-  
ense qualicumq; enses bonis  
de causa aduersatur exuunt,  
umenta et potadam & suburba  
ris tulit, quareci. oppidum  
uer*

*predones*

*Walsfræde  
occupant,  
Drakenbur-  
gum exuunt*

& evertunt, <sup>a)</sup> in agrum Luneburgen-  
fem irruentes Ducem ad pacem adi-  
gunt, et præter maximam arcis Be-  
derkesæ partem ex pacto hoc etiam  
consequuntur, ut caveretur ipsis, Bro-  
bergium civitatis & civium usibus  
semper patere debere. b/

Civitas anno 1383 jus suum in arce  
BEDERKESA administrationi Domi-  
ni Bernhardi à Schaumburg/ Vicarii  
Archiepiscopatus Bremensis & Præ-  
positi Hamburgensis commisit.

Eodem anno inter Comites de Del-  
menhorst/ & civitatem de vi regia, in-  
ter Bremam & Delmenhorstam mu-  
nienda convenit.

Hajo quidam Huscke in Rustringa,  
 & Budjada petulantius multa a-  
 gens, & naves Bremensium subinde in  
 Visurgi diripiens, bello à Bremensibus  
 & vicino Jeverensi capitaneo, Edone  
 N Vuim-

a) Duo bello us dimidia  
 & Ducem arcis Bederkese  
 Lunebur - accessit ex pacto  
 genssem ad civitati.  
 pacem adi-  
 gunt.

b) Insuper sequitur Albertus  
 Nam duo sunt temporis sta-  
 mitis Ommationum in  
 1383 Esens seu Herdis  
 gia & Winnekionum in  
 Jeveria ceteris potes-  
 tia & autoritate proffi-  
 ferunt ac circa annum  
 MCCCXXX

1384.



convenit inter Archiepiscopi Vicari-  
um, Bernhardum à Schaumburg & ci-  
vitatem eos conjunctis Archiepisco-  
patus & civitatis viribus, reos ferro &  
armis oppugnatuos, eorumq; bona,  
ubi victoria potiti essent, ita partitu-  
ros, ut quod Militarium de Elma &  
Lith fuisset, totum civitati, quod ve-  
rò Lunebergiorum, Archiepiscopa-  
tu cedere, Lunebergici tamen offici-  
ales & subditi, Bremæ fide devincti ef-  
se deberent.

1387.

Succellus foederi non defuit: Ter-  
ræ & bona Militariū de Lunenberg,  
Elma, Lith & Bedersesa occupata, gra-  
tiosè verò plæraq; Elmiis, Lithiis &  
Bedercoffanis in feudum reddita sunt,  
& Lunebergii jurarunt, fideles se civi-  
tati fore, & juri coram ea staturos esse.

An. 1389 Otto Comes de Delmehorst  
cavit terræ Werderlandt & vicinis in

1389.

Lesmerbrocke/ quicquid inter ipsos con-  
troversiarum suboriturum esset, id se  
cognitioni iudicum terræ Werderlandt  
permissurum esse.

1390.

Eodem anno juxta Lesmonam in  
usum civitatis comparari capit agger  
zur Borch/ unde sequenti anno 1390 in  
locum trajecti & portorii à civitate  
pons exstructus est.

*Bremam  
& consue-  
tudo eligen-  
di Cons. &  
proconsules  
immuta-  
tur.*

Bremæ ex antiquissima consuetu-  
dine, 33 consules & 3 proconsules, ex 4  
parochiis eligi consueverant, ex quib<sup>9</sup>  
consules ii & proconsul unus, quolibet  
anno civitati præerat: Illi jurabant,  
quoties in decedentium locum quis a-  
lius eligi deberet, tum se neminem, ni-  
si ex eadem parochia, in qua prior vi-  
xisset, electuros: Quod quia ad desolati-  
onem status gubernatorum pertinere  
videbatur, ne personæ ad gubernatio-  
nem idoneæ deficerēt, Bonifacius Ro-

ma-

manus Pontifex rogat<sup>2</sup>, Senatum hoc  
juramento absolvit, permisitq; ut in e-  
lectionibus non parochiæ, sed virtutis,  
& prudentiæ haberetur ratio.

1391

Eodem anno civitas foedus percussit  
 cum Alberto Archiepiscopo, Episco-  
 po Verdente, Bernhardo & Henrico  
 ducibus Luneburgensibus, & aliis.

Post obitum Alberti successor ejus  
 Otto Dux Brunsvicensis Ottersber-  
 gum, quod à militaribus quibusdam  
 detinebatur, repetebat: Cum illi bo-  
 nas condiciones accipere detractarēt,  
 Otto castrum armis arreptis obsedit:  
 Sed cum obsidionem solvere cogere-  
 tur, Bremenses rogati se interposue-  
 runt, effeceruntq; ut Militares acce-  
 pta pecuniæ summa Pontifici cederēt:  
 Foedus enim fecerant Otto & Civitas  
 tam arctum, ut Archiepiscopus ad ob-  
 staculum se obligasset, si foedus quoquo

Bremenses  
 Alberto  
 Archiep.  
 Duci Brū-  
 svicensi Ot-  
 tersbergum  
 obsidenti

obsessos &  
 militares  
 concilians,

modo violasse deprehenderetur.

*cum Archiepiscopo  
de arce Bederkesa agunt,*

Eodem anno Archiepiscopus interposita fide quorundam Militarium Arcem Bederkesa pignoris jure à civitate accepit, hac lege, ut post lapsum annorum, de quibus convenerat, receptis 7000 marcis, eam civitati restitueret.

Et Vuilhelmus Cæsar civitati confirmavit privilegium ab Henrico V impetratum.

1400.

Cum an. 1400 ex indulgentiis tabula argentea insignis comparata, & in Basilica S. Petri in summo altari posita esset, convenit inter capitulum, & Senatulum, literisq; firmatum est, tabulam conservatum, nec quicquam de ea dem-

ptum iri. a)  
*a) Lubonis deinde filius  
Dido capitaneus in  
dia & Efen<sup>movens</sup> in  
à subditis bel. Budjados  
li molem auferret. Be.  
1399. mensibus Langerworden tradidit. Ita  
b) Frisia ... c) Illi*

Eodem an. cum Frisii, qui in jus, & ditionem civitatis novissimè concesserant, vim sibi, & irruptionem Budjadorum  
tri-

tribus agminibus factam conqvereretur, Budjadi præterea fidei civitati date oblit, naves mercatorum diriperet, Bremenses in belli societatem advocatis Comitibus de Oldenburck / Diepholck / & Delmenhorst & Militarib. diœcesis, hostilia Lubboni Sibeto, genero Edonis Bimeken / & Budjadis nunciarunt: Budjada in ultionem bis debellata & victa, bis etiam victorib. opimæ prædæ fuit: ita Budjadi ad hostium satietatem cæsi, donec Frisii à sanguine etiam abhorrent. 6/

Transegit civitas cum Vuilhelmo Palatino Rheni, Duce Baviaræ, Comite Hannoniæ, Hollandiæ, Selandiæ, & Vuestfrisæ.

Eodem anno Archiepiscopus capitulum & Civitas Bremensis Ottonem Comitem ab Hoya Nicolao Delmenhorstensi conciliarunt, & cautum est inter

ban

a) A Bremensibus agitur conducto equo Aldenburger, ser. is diœcesis nobiler mili.

6) Magnam prædam ex eorum dirione abigunt.

6) Quod illa tempestate vectigalium, quo Bremenses in Holsatia & Sodesto præter maiorum consuetudinem premebantur, Henricus comes

Lites dein Holsatiæ aufert inter Com. & Bremenses Ottonem præstare liberta. Hoyensem hi de non solvere & Nicola. do vectigalium Delmē. restituit. horstanum componunt.

inter cætera, ut eorundem etiam futu-  
ræ controversiæ Archiepiscopi, Capi-  
tuli, & Civitatis arbitriis deciderentur.

1404.

Capitaneus in Langwerden civitati  
homagium præstitit, & solennibus ta-  
bulis contestatus est.

Sub idem tempus impetravit à  
Senatu Johannes Schlamsdorff Cano-  
nicus, ut ipsi in locum Archiepiscopi  
Ottonis Arx Bederkesa permittere-  
tur: Cum autem biennio post ad Ar-  
chiepiscopatum perveniret, eam civi-  
tati restituere recusavit, & expectatio-  
nem senatus frustratus est, quamvis ar-  
bitri diversi mutuo partium consen-  
su electi contra eum pronunciarent.

Novum Civitatis Prætorium extru-  
ctum est.

Sub annum 1407 Civitas pacta  
est cum Lubbone Ommeken, ejus-  
que

cum Ar-  
chiepiscopo  
discordant,

a) Secundo deinde discordia in-  
ter archiepiscopum Johan-  
nem Slamsdorff & civita-  
tem prima ob præfecturam  
Bederkesanam oppignora-  
tam, quia Johannes

b) iam sapienter 1405.

c) secundam ob munitionem Friedebur-  
gum quædam 1407.

Super senatus moliebatur  
invidia confligaret.

suorat

que filio Didone, Capitaneis in Stadlandt & Esens / ut sibi ad Frisios in officio continendos cis Jadam castrum, seu fortalitium erigere liceret. Appellatum id fuit castrum pacis, Friedburg.

Verum non Didoni tantum displicuit castrum, sed & Archiepiscopus, etsi placere simularet, occulte Christianum Oldenburgensem contra Bremenses concitat: Senatus Johannis prius opem, & intercessionem frustra exposcit: Ille de pace se acturum respondet, quod plurimum posset apud Oldenburgensem: Sed cum actionem illam de die in diem differret, & Senatus fraudem facile animadverteret, ascitis in belli societatem Ottone Comite Hoyensi, & Ottone Comite Delmenhorsteni, in comitatum Oldenburgensem

O

sem

contra a) Tertiam discordiam excitavit comitem Oldenburgensem unius eiusdem Archiepiscopi operam frustra implorant. Senatus opinabatur. Decimo iunior non concessurus Joannis prius opem & intercessionem frustra exposcit, indeque miserabilem comitibus nil breuiam venturum, auxilio Ottonis Hoyensis & Ottonis in Diepholt decem, & preda diuitem auctus Comitibus etiam Christianum Hoyensem VII. Oldenburgi Delmenhorstensem bellum facientem captum Bremam auit. Verum is paucis diebus post interuentu amicorum placata sibi ciuitate liberatur, pignori opposita prouincia Wehreden.

*horstano in  
belli socie-  
tatem asci-  
tis*

sem irruunt, magnamque prædam  
abigunt.

*bellum Ol-  
denburgico  
faciunt, &  
præda onu-  
stum*

Cum autem hyeme, quæ tum erat  
asperrima, ulteriùs progredi socii  
renuissent, Bremenses autem diem  
cum Didone constitutum, ante-  
quam glacie constricta solverentur,  
antevenissent, rectaque in Christia-  
num Oldenburgensem, magnam  
prædam, multosque captivos abdu-  
centem, incidissent, ad Goltswardi-  
am sese continuerunt, & ad præli-  
um instruxerunt: Tum verò, qui  
ex ditione Bremensi illis se junxe-  
rant, ire in prælum contra Olden-  
burgensem recusant, prætenden-  
tes Archiepiscopi interdictum: Ni-  
hilominus tamen Bremenses cum in  
conspectum hostis venissent, ma-  
nus cum hoste conferunt: Oldébur-  
genses tota, conspecta multitudine

*vincunt &  
captivum  
Bremam  
ducunt.*

pro-

proditionis ignari in fugam se con-  
 jiciunt: Bremenses insequuntur,  
 multisq; cæsis, prædam recipiunt:  
Comes cum plerisque Nobilibus  
 captus, & Bremam abductus, qvoad  
 pacto liberaretur. Tum vetusta &  
hæreditaria comitum & civitatis  
pacta renovata, eidemq; terra Wur-  
den/ unà cum redditibus, qvos comi-  
tes in Foro civitatis Lehe habent, pro  
 mutuo datis 2000 marcis, pignori  
 nexa & in manus tradita, & pisca-  
tiones in fluyio Huntte usq; ad pon-  
tem concessa sunt. a)

Circa hoc tempus ad coercendum  
 Vursatios in civitatis pago Lehe ar-  
 cem erigere conabatur Archiepi-  
 scopus: Impugnant opus Bremani,  
 non tantùm jurisdictionis suæ præ-  
judiciũ, sed & tabulas, in quib. cau-  
 tum erat, ne Visurgi ullum præfidiũ

a) Quæ tam penicacia  
 Archiepi-  
 scopi, cum  
 arcem in Lehem  
 vicinod  
 Visurgi ri-  
 pa molire-  
 tur,

*refragan-  
tur,*

absque consensu civitatis impone-  
retur, prætendentes: Cum id Epi-  
scopus in dubium revocaret, Sena-  
tus accolas allicit ad nocturnam de-  
molitionem eorum, quæ per diem  
erigerentur: Atque ita bombardæ  
etiam, quas Pontifex advehi cura-  
rat, in profluente demerguntur. Res  
videbatur bellum apertum motura,  
nisi interventu amicorum eò reda-  
cta fuisset, ut opere incepto Archi-  
episcopus desisteret.

Rursus cum Archiepiscopus Stint-  
brugam in fluminis ripa extrueret,  
Bremenses se opposuerunt: quoad  
eam interventu amicorum placatus  
demoliretur.

1411

Exinde civitati benè cum Ar-  
chiepiscopo convenire cœpit, & an-  
no 1411 unà transfegerunt cum Jo-  
hanne, electo Episcopo Leodiensi,  
Co-

Comite de Lohen/ & cum civitate  
Bryll/ de discordiis, quæ inter utros-  
que fuerant.

Lis quoque, quam civitas cum Jo-  
anne Archiepiscopo de Arcis Be-  
derkofanæ restitutione habuit, an-  
no 1412 hunc in modum composita  
est, ut arx penes Johannem, quoad  
is viveret, maneret, ejus tamen offi-  
ciales, qui in Arce, senatui (uti fecit  
eodem anno 1412 Martinus de Les-  
mona, & anno 1420 Otto von Borch)  
sacramento obligarentur, eo autem  
mortuo, Bederkosa ad civitatem re-  
verteretur.

1412

*litem de  
arce Beder-  
kofana com-  
ponunt,*

Inde Bremenses conducta opera  
comitum de Oldenburg/ & aliorum,  
bello aggressi sunt Didonem & so-  
cios: Ducunt ex urbe in hostem 300  
eqvites, & 3000 armatos: Variâ pu-  
gnatum est fortunâ, quòd Frisii tem-

*a) Conuersus ab episcopo in  
Frisia capitaneos, si tamen  
illo verbo uti licet, auxilium  
Oldenburgicis, senatus semper  
& Didonem a malatione qui  
debellant, dem Bremeribus  
infestos. Tum anno M.  
ccccxlv. in studio vi-*

rio exente pugnatum est:

a) Luben capitaneus 1413.  
b) recens munita et

pla sibi muniissent: Vincitur Dido,  
a) expugnantur templa,  
b) Esena deditur, omnesque ad juramentum & obedientiam Bremensibus præstandam coguntur, ea quoque conditione, ne victi alios e suis Capitaneos posthàc eligant.

1414.

Eodem 1414 anno, Duces Saxoniæ & Vuestphaliæ, civitati litem, de arce Bederkesa moverunt, traditionem ei multorum Regum, Principum ac civitatum literis frustra persuadere conantes.

a) Horum quadriennio

Quare Didius Junior  
& Geroldus

a) Triennio post Didius junior ac Geroldus, foedere inito cum Lubbone Sibeti, Edonis Rustrigenero, Hajone & Mennone Harlesis & Nancone Diuræo, consilium ineunt arcis Friburgi occupandæ, jugi que Bremensium à cervicibus suis abjiciendi. Tempus dictum ad eam notam,

Item, quæ quintum Octob. excipit  
 anno 1418, Dido & Geroldus, dele-  
 ctis Frisiorum 24, Saxonibusque 20  
 ære conductis, ut erant juvenili æta-  
 te præfervidi, priusquam socii cæte-  
 ri, qui paulò aberant longiùs, ad-  
 venissent, arcem scalis adorti, mu-  
 roque ejus exteriori, fossaque su-  
 peratis, in arcem penetrarunt, ar-  
 cis præfectum è fenestra sua spe-  
 ctantem temerè, suosque excitan-  
 tem, primò statim impetu occide-  
 runt. Verùm cum præfidiarii cla-  
 more è stratis exciti, è loco superi-  
 ori undique in eos tela conjicerent,  
 nec sociorum auxilia in tempore  
 adessent, multis vulneribus acce-  
 ptis, per noctis tenebras paulatim  
 retrocedere, latebrasque quære-  
 re cæperunt. Quidam abdere se  
 in maximis illis tormentis, qui-  
 bus

1418.

conductis  
 44. viris  
 ante socio-  
 rum advē-  
 tum

noctu arcis a se quadraginta vi-  
 Fredeburgi ri primores arci  
 murum con Fredeburgi murum  
 scendunt, insperati, confcen-  
 dunt & occupant &  
 b) forte prospicientem trans-  
 è arcis præfodiunt. Utinam  
 factum è se autem expugnati.  
 nestra pro onem moliti à pra-  
 spicientem sidio superantur &  
 transfodi-  
 unt. Capti & remanserunt per-  
 ducti à capite plerumque  
 ritatis sui penas dant.

Uterius  
 autem expo-  
 gnationem  
 moliti

bus lapides jacere olim solebant,  
 Geroldus fugam, antequam dies o-  
 riretur, suadebat: Eum incusabant  
 reliqui, ac animabant: Interea Saxo-  
 nes salutem pacti, se dedidere: Frisii,  
 qui ad novam oppugnationem se  
 collegerant, à commilitonibus de-  
 ferti, quomodo evadere possent cir-  
 cumspectabant: Diuræus ad pon-  
 tem Arcis se proripuerat, cæterisq;  
 manu signum dabat, ut sequerentur:  
 Id animadverterat Bremensis  
 quidam, & Vvurdenses, qui subsidio  
 Bremensibus venerant, magna voce  
 compellat, dent operam, ne pro-  
 ditores isti effugiant. Vvurdenses  
 igitur illis in ponte occurrunt, om-  
 nesq;ve capiunt: Socii conjuratio-  
 nis cum equitibus quindecim pau-  
 lò post advolantes, cum, quod  
 actum esset, cognovissent, subito ad  
 sua

*à prasidio  
 superantur,*

sua quisq; redierunt, Dido, & Geroldus cum reliquis omnibus, <sup>& capiti, Bremamq; per ducti</sup> captivi Bremam deportati: Illic Frisii omnes morte damnati, Didoni & Geroldo ad publici supplicii locum eductis capita gladio abscissa, tignisq;ve infixa, reliquum corpus rotis propter perfidiam impositum: Cæteris <sup>temeritatis sue poenas dant.</sup> membra omnia per carnificem rotis confracta: Saxonibus venia data: Ajunt Geroldum ingenti vi pecuniæ promissa flectere potuisse Senatum, suppliciumq;ve fuisse evasurum, nisi fratris Didonis caput à trunco recissum, spectante corona, exosculatus fuisset: id enim pertinacis in vindictã animi argumentum omnes interpretabantur.

Eodem anno Arnoldus à Wenhe/ Eqves, Senatui Bremensi stipulanti spondet arcem suam Blumenthal <sup>Blumenthal.</sup>

a) *Idemmodum is capitaneos tri-*  
*lix tributum imperantes populus*  
*conuincit. Illorum quidam interea*  
*prædationem menditibus subductis clam*  
*Bremæ dromonibus, quibus mili-*  
*tes imposuit, terram*  
*quinque parochiarum præter expecta-*  
*tionem hospitiis inuadit. Populus*  
*obratum implorat; unde controuers-*  
*siue fecit, et illasque prædatis*  
*libertatibus quotannis singu-*  
*la domus mensuram hordei per-*  
*dat, cuius tertia pars, et h. &*  
*multationem, concessit*  
*lori promissoribus. Qui*  
*his utriusq; confirma. & Duces*  
*hic Bremani bellium*  
*apparatum in templo*  
*quæ capitaneis contra*  
*populum recent munerant. no-*  
*unt h. sere labore capiunt &*  
*Alexem h. Berhore dedituram*  
*facere cogunt.*

Bremensium usibus semper aper-  
 tam, & se, urgente necessitate, civi-  
 tati præsto fore.

2) Arci Friburgo Civitas præfecit  
Henricum à Münster.

Patet ex superioribus arces Lang-  
wedel & Tedinghausen fuisse in manib.  
 capituli & civitatis: Præfecti præda-  
 tum in agros Bernhardi, Henrici,  
 Ottonis & V Vilhelmi, Ducū Brun-  
 suicensium & Luneburgensium ex-  
 ierant: Quæ res inter privatos ali-  
 quādiu agitata, pervenit tandem ad  
 ipsos principes: Hi cum in primis tē-  
 tarent arces Tedinghausen & Langwe-  
del ad horum vim propulsandam in  
 fœdus coaluerunt Archiepiscopus,  
 Comites de Oldenburg / Delmenhorst  
 & Hoya, Bremensisq; civitas: Præ-  
 fectus arcis Langwedel cum ex urbe  
Brema tuendæ arcis causa, sagittari-

os impetrasset, multa utrinq; damna illata, & utriusq; partis ditiones, incendiis & prædis ad vastitatem vocatæ: Tandem verò bellum amicorum communium interventu finitum, & transactum est. a)

Anno 1420 Sigismundus Cæsar, cum per legatum suum Sigfridum à Wending, tum propriis literis, Civitati regimen & imperium in Budjados solenniter decrevit, quoad aliud quid statuatur.

Sed serenitas illa non fuit diuturna. Nam propinqui Didonis & Geroldi, contumeliam sibi, & toti genti, tot Frisiis ignominiosissimo supplicio affectis, illatam ulcisci, & castrum, quod freni instar, ipsis injectum erat, excutere cupientes, per Sibetum Rustrum, proceres cæteros inter Amasum & Visurgim, præ-

a) Anno deinde MCCCXX  
bellum inter Bremensem archie-  
piscopum & ducem Frisii.  
1420 confectus levatur de can-  
sis oritur. At ab archiepisco-  
po senatus & arcem Langue-  
del præsidio ductur & defendit.  
Componitur bellum: mox recu-  
ditur civitatibus maritimis in  
Sibetum, incipere molestum.  
Occo, & Interca Otto & Stocus  
Focco Di- capitanei Frisii obli-  
donis & ti Suedeni & iucanis.  
Geroldi sup- ti Bremenfis bel-  
placium ul- ti denunciant,  
turi lum denunciant,  
quod contumaces viros capi-  
te punissent. Inde loca mu-  
nitiona præsidio firmant & ca-  
stella & arcem à Bremensibus  
conjurati- brecta minus occu-  
pant. Hugo Brema

*pacem non est passa, quamdiu  
amissa castella in hospitium mari-  
bus. Vnde demolitio illorum  
huic etiam bello firmata.  
huic posse visa fuit.*

*bellum Bre-  
mensibus  
denunciat,*

*praesidia  
contra in-  
cursiones  
disponunt,*

*Castella à  
senatu ere-  
cta occupat.  
1424.*

cipuè verò Occonē & Focconem,  
Capitaneos in Aurica & Brockmer-  
landt (etsi essent Capitanei terræ, ut  
Historicus scribit, fide, & juramen-  
to Civitati devincti) in partes suas  
traxêre : itaqve bellum Bremensi-  
bus denuntiatum, in praesidia è Fri-  
sia abducerent, populumq; liberum  
relinqverent. Sed anteqvam literæ  
Bremam pervenirent, jam Frisii  
Occone & Foccone Ducibus, præ-  
sidia idoneis locis contra Bremensi-  
um incursiones disposuerant.

Primùm munitissimam Gold-  
suardiæ turrin, cui præerat Hart-  
cus à Schlamsdorff, deinde Fribur-  
gum, cui præerat Iohan Grese/ Sena-  
tor, facilè in suam potestatem redi-  
gebāt : sed cum à mari quoqve op-  
pugnarentur Capitanei, & anno  
1424 quidam ipsorum à Bremensi-  
bus

bus imperata facere denuò cogere-  
rentur, seseq̄ve interponerent Ar-  
chiepiscopus, & Lubecensiu atq̄ve *Sed à Bre-*  
Hamburgensium Legati, pacem *mensibus*  
Frisii petierunt, impetraruntq̄ve. In *superati*  
munitiõibus illis duabus, de quib-  
us diximus, partes maximè disside-  
bant, Frisiis pro incolumitate arci-  
um, quæ ad defensionem illius tra-  
ctus necessariæ viderentur, laborã- *pacem pe-*  
tibus, Bremensibus earum destructi- *tunt & im-*  
onem, quòd contra privilegium su- *petrant.*  
um Visurgi imminerent, urgenti-  
bis. Sed obtinuerunt tandem Bre-  
menses, convenitq̄ve, ut ad securi-  
tatem navigantium utraq̄ve solo æ-  
quaretur, & in posterum ab ædifi-  
cationibus novarum munitiõum  
abstineretur, Bremenses verò ab om-  
nibus ditionibus, quas ibi loci ar-  
mis acquisiverant, discederēt, Bud-

jadi, & Stadlandi suo jure uteren-  
tur, partes foedera contraherent,  
& inprimis commerciorum liber-  
tatem tuerentur, & naufragiorum  
direptiones prohiberent.

1425.

*Brema cū  
 Archi: Ni-  
 colao con-  
 venit.*

Sequenti anno Archiepiscopus  
Nicolaus prestito solenni juramen-  
to, cum civitate foedus inir: sibi invi-  
cem hanc imposuerunt conditionē,  
ne, si controversiæ cum aliis incide-  
rent, alter alterius censuram, & ju-  
dicium detrectaret: Movit præci-  
puè Archiepiscopum, qvòd bellum  
gravissimum cum Ducibus Brun-  
suicensibus, & Luneburgensibus,  
eorumque socio Hassiæ Landgra-  
vio, qvorundam Militarium culpa,  
recrudesceret: Cum una pars alteri-  
us agros, cœnobiaque & templa diu  
incendiis, atq; rapinis deformassent,  
utraq; tandem ultrò conqvievit.

Inter

Inter Senatū & Mercatores hoc,  
partim etiam 1483 anno convenit,  
quantum seniores Mercatorum ob  
tonnas, in fluvio ad securitatem na-  
vigantium positas, exigere, & quod  
Aedilibus civitatis rationes acce-  
ptorum, & expensorum, quot annis  
reddere debeant.

1486.

Hoc eodē anno cū arcem Stotel  
teneret Henricus à Litz/ & Bremen-  
sium naves in Visurgi vexasset, Bre-  
menses eam occuparūt, & cum ipso  
de arce, in administrationē fratrib.  
Nagliis, & postea Danieli Brandt  
concessa, anno 1430 transfegerunt.

*Stotel arx.*

Hoc quoq; anno, cum civitas  
bello intestino ardescere inciperet,  
q̄ Herbertus Duckel & ceteri con-  
sulares senatu moti essent, interpo-  
suerūt se Anseatici per Hamburgens-  
es & Luneburgenses, sed frustra.

Eo-

Eodem anno castrum Hornburg  
 civitatibus Bremæ, Stadæ, & Bux-  
tehudæ pignori obligatum, atq̄ve  
 traditum est.

*Nicolaus  
 Archiepi-  
 scopus*

Sub idem tempus Archiepisco-  
pus Nicolaus bello Oconis, affinis  
sui, & Focconis Frisiorum, se immi-  
 scuit, & collectis armis vicinorum  
comitum de Oldenburg/ Teckelnburg/  
Hoya/ Diepholz/ & Retberge/ Frisiam  
invasit : Cum autem contempto  
hoste ad obsidionem castri Deterde  
se fixisset, & tempus colligendi se,  
hostibus indigenis dedisset, injecit  
ei, & auxiliaribus frigore & fame e-  
nervatis, nescitur, quæ restantam  
formidinem, ut turpem fugam in-  
irent, Depholdensis cæderetur, Ar-  
chiepiscopus, & comes de Hoya ca-  
perentur, & cæteri fuga abirent.  
Focco captivos se dimittere nolle  
 osten-

*ab hoste  
 capitur.*

ostendit, nisi aureis 20000 exolutis, & à tota Diœcesi cautione præstita, nullam ultionem susceptum iri. Bremenses verò, qvòd Principis sui, & confœderati miseriam non æqvīs animis ferrent, se unà cum Groningensibus, VVursatis, & Rustris, interposuerunt anno sequenti, & per legatos suos Johannem Vasmarum & Johannem Fresen, 1500 hominibus stipatos, effecerunt, ut captivi sine ullo redemptionis impendio dimitterentur.

*Bremenses igitur se pro principe suo interponūt.*

1427.

*& captivos sine ulla redemptione liberant.*

Anno 1428 inter Archiepiscopum Verdensẽ, Ducem Brunsvicensẽ & Luneburgensẽ, & civitatem de constituenda pace publica solenne foedus factum est.

1428.

Posthàc cum Herbertus Ducel unà cum cæteris consularibus qvestus esset Sigismundo Cæsari, se præ-

*Interea Brema bello intestino ardere incipit*

Q ter

ter fas, senatu motos esse, Cæsar cōtra reos ad Prætorium suum evocatos, qvòd dicto die non comparuissent, anno 1430 pronuntiavit: Bremenses à Cæsare ad Papam provocant, qvi caussam cognoscendam, commisit Archiepiscopo Bremensi, Episcopo Lubecensi, Abbati S. Michaëlis in Lunenburg. a/

1430.

a) Posthac anno MCCCXXXII  
 Brema inleghro bello ardet  
 pit, & populus sedi. & seditiosus  
 tur fur eiecit orbe populus  
 senatonem pncipui Vasmorum  
 novum creat magistra Cos. capite  
 tum 83 pleclit,

Interim hoc anno furiosa Plebs Joannem Vasmmer consulem, in exilio diversantem apprehensum fortè, vinctum in urbem pertrahunt, & capite plectunt. Atqve ita vir innocens, & optimè de republica meritis impio furore plebis, quasi jure oppressus est.

religvos se-  
 nasores in  
 carceris  
 squalore  
 macerat.

Mox sedecim, qvi se domi continuerant, in carceris squalore diu macerant. Sed illi liberationem moliti, testudinem, sub qua claudebantur

tur, perfringunt prius, & capax hominis foramen aperiunt: Inde ex tegumentis, & stramine funem conficiunt, ac illius adminiculo de excelsa turri ad navim, quam amicorum ope in Visurgi paratam habebant, præter unicum, qui ob molem corporis, & virium defecti-  
nem, tanto facinori impar, descendunt, & ad Comitem Oldenburgensem Theodoricum, Christiani Daniæ regis parentem, confugiunt. Bienne hoc exilium Nicolaum Groning consulem Oldenburgi extinxit, ubi etiam sepultus quiescit.

*Sed illi præter unum elapsi*

*ad comitem Oldeburgensem confugiunt.*

Eodem anno exarsit bellum, præfertim navale, inter Bremenses & Focconem Frisium: Sed is à Bremensibus fortiter repulsus, deserto Visurgi, ad sua rediit.

Q 2

Ni-

1431

Nicolaus Archiepiscopus cum novo senatu paciscitur, si iudicium suum ferre velit, se ab ipso staturum: sin minus, neutralitatem se nihilominus servaturum.

Interea se Bremenses Cæsari de impedimentis, quæ legatos suos in itinere retardassent, excusant, impetrantque, ut citra præiudicium causæ principalis banno, quo ob contumaciam notierant, absolvantur.

1433.

Eodem anno paciscuntur cum militaribus ab Huda, ipsorum castrum suis usibus & necessitatibus semper apertum iri: Cujusmodi pacificationem sequenti quoque anno cum militaribus de Vuersabeh ineunt. ✓

a) Interea reliquæ civitates maritimæ

*Interea reliquæ civitates maritimæ*

Cum hoc demum anno civitates maritimæ status Bremensium miseratæ, unà cum vicinis comitibus, & collegiis Bremensibus, summo Reipub.

pub. tempore <sup>a)</sup> atq; necessitate inter  
diffidentes in urbe se interponerent,  
lis inter veterem & novum senatum  
componitur: vetus restituitur: statu-  
ta, quibus ex eo tempore usi sunt,  
promulgantur: numerus Guberna-  
torum civitatis, hoc modo, ut in lo-  
cum 3 6 consulum & proconsulum,  
qui Reipubl. hactenus præfuerant,  
4 Consules & 24 Senatores elige-  
rentur, mutatur: deniq; Senatus au-  
toritas, & libera administratio stabi-  
litur.

*a) interposita opera conciliatio-  
interposita nem elaborant. Fra-  
opera cilio inde restituit  
magna civium parte & col-  
legio præcipue mercatorum cau-  
sa exalantium favore.*

*conciliatio-  
nem elabo-  
rant.*

Sub idem tempus lis oriebatur in-  
ter Sibeum Rustrum & civitatem,  
jamque ad arma veniebatur: At Si-  
betus à Sigismundo Cæsare impe-  
travit, ut arma Bremensibus interdi-  
ceret, juberetq; ut causam Episco-  
pi Monasteriensis, à se ad id deputa-  
ti, cognitioni permitterent.

1434.

Senatus Bremensis anno 1434  
Vuurdensibus jura sua consuetudi-  
naria scripto comprehensa firma-  
vit.

Optimè hætenus civitati conve-  
nerat cum Archiepiscopo Nicolao:  
At ex quo is hoc anno consilia iniit,  
Archiepiscopatum pro lubitu in a-  
lios transferendi, civitas, ut id im-  
pediret, contra ipsum foedus percuf-  
sit cum Episcopo Verdense, Fride-  
rico & Ottone Ducibus atqve civi-  
tate Luneburgense.

*Vasmari*  
*hæredes ad-*  
*versus civi-*  
*tatem*

1435.

Interim durabat adhuc qveri-  
monia adversus civitatem, ab  
hæredibus occisi Vasmari ad Cæ-  
sarem delata: Etsi enim is jam  
antè Norimbergæ adversus civi-  
tatem judicasset, hæredes tamen  
hoc demum anno Presburgi li-  
teras executoriales novæ proscri-  
ptio-

ptionis, quibus post civitas ad tran-  
figendum compulsa est, obtinuerunt.

*litteras executoriales  
nova pro-  
scriptionis  
obtinuit.*

Eodem anno cum Saxoniae, & Vuestphaliae Dux civitatem, & imprimis arcem Bederkesa bello peteret, civitas, ut se tueretur, Ducem militiae cooptavit Guntherum, comitem à Schwarzburg / & multos annos magnis impendiis retinuit.

Anno sequenti Conradus à Winsperg Camerarius Imperii, Cæsaris jussu, civitatem banno absolvit.

1436

Lis quoque mota est de arce & praefectura Blumenthal inter civitatem & militares de Borch / & ad eam cognoscendam Archiepiscopus Baldevuinus, utrinque arbitri electus. Is civitati arcem & praefecturam, at militaribus 1400 aureos adjudicavit.

*Lis de arce  
Blumēthal*

*arbitro Archiepiscopo  
composita.*

Bre-

*Bremenses  
Arch. Bal-  
devinum  
Vuursatis  
reconciliat,*

1439.

Bremenses Archiepiscopum Baldevinum Vuursatis reconciliarunt hac inter alias lege & conditione, ut si nova inter eos exorerentur dissidia, eorum dijudicatio penes Bremenses staret, & Vuursati aduersus alios, Archiepiscoporum arma, & militiam sequerentur: At si res cum Bremensibus esset, neutram in partem moverentur.

1442.

Anno 1442 in fœdus coiit civitas cum Archiepiscopo Gerardo, ejus nominis III, Stadenfibusq; & Buxtehudenfibus.

*in Philip-  
pum Bur-  
gundia Du-  
cem*

Posthæc Philippi Ducis Burgundia, Lotharingia, Brabantia & Limburgi, Comitum Flandria, Artesia, Hannonia, Hollandia, Zelandia, Vuestfrisia & c. bellum civitatem exceptit: Subditi Ducis Bremensium aliquot naves spoliârunt:  
Bre-

Bremenses restitutionem petivêre.  
 Ad illorum qverimonias, cum aures  
 Dux occlusisset, Bremenses malo  
 cuneo illas aperiendas censentes, na-  
 ves expediunt, primo impetu tredecim  
 nave sale, mox Hulcam pannis  
 Scoticis, & uvis passis, ficubus, aliis-  
 qve, paulò post duas Hollandicas  
 frumento & aliis Dantischi coem-  
 ptis mercibus onustas capiunt, ca-  
 pturam halecum interturbant, reti-  
 aqve piscatoribus adimunt: Expu-  
 gnatur una Craca ab Hagero Rot-  
 termût, Capitaneo Bremensi, cujus  
 navim Burgundica & magnitudine  
 & numero classiariorum longè su-  
 perabat: Diu utrinqve pugnatur,  
 donec capitaneus Bremensis in ho-  
 stium navim transiisset, quem cum  
 fortissimi qviqve viriliter essent cõ-  
 secuti, pugna in hostili navim com-  
 R missa

*arma mo-  
vent, naves  
aliquot ca-  
piunt,*

*capturam  
halecũ in-  
terturbant,*

*& Cracam  
Burgundi-  
cam expu-  
gnant.*

missa: Victoria stetit penes Bre-  
menses: Navis illa erat onusta vino  
Malvatico, & aromatibus, vehens  
etiam duos Leones, quos longo tē-  
pore ad curiam aluit Senatus: Hoc  
modo cum Duci aures vellicassent,  
ad causæ illum cognitionem, & pa-  
cem adegerunt.

1446.

Pax facta est anno 1446, quo etiam  
cum civitate transegerunt Janua,  
seu Genua & Hispania, de navi &  
mercibus illo bello à Bremensibus  
interceptis.

1447.

Adolphus quidam Langvuerder,  
consul Oldenburgensis oppidi, Ol-  
denburgenses apud Fridericum Cæ-  
sarem accasarat, quòd præter fas, o-  
pe Comitum, Senatus motus esset:  
Cæsar rem Senatui Bremensi, quòd  
ab ipso Oldenburgenses jus suum  
petere solerent, componendam, vel  
jure

jure definiendam committit, pollicitus executionem ejus, quod ita judicatum esset.

Anno 1448 cum graves dissensiones inter Sirichium & Tammonem atq; Sibatun & Lubbonem Ommecken Frisæ Capitaneos exortæ essent, Bremenses & Hamburgenses per legatos suos dissidentes composuerunt. 1448.

Mauritius Marschalek Bremensis 1450.  
Canonicus, Præpositus Rustringiæ & Budjadæ, Budjadam Ecclesiastico interdicto subjecerat: Senatus Bremensis eas sibi invicem conciliat, reservata sibi animadversione & supplicio adversus Alcertum Sehebecken & alios, qui in Visurgi direptionibus operam dedissent. Sub id quoq; tēp<sup>o</sup> Bremenses & Hamburgenses conjunctis virib.

impediebant, ne Frissi fortalitium,  
quod Sibeti appellaverunt, instaurarent.

1456.

Anno 1456 militaris ordo Theu-  
tonicus & civitates Borussiae inter  
se dissidebant, & Ansæ Theutonice  
nomine, quod ei utriusque fœderibus  
conjuncti essent, intervenerunt Lu-  
becenses, Bremenses, Hamburgenses,  
Rostochienses & VVismarienses.

*Bremenses  
contra Ger-  
ardum Ol-  
denburgicū*

Exinde bellum inter Theodoricū  
Oldenburgensis filium Gerardum,  
& civitatem, longè gravissimum ex-  
arsit, quod is commeantibus mul-  
tum inferret damni, cives quoque in  
immunitate teloniorum, & pisca-  
tionibus turbaret. Gerardi frater,  
Mauritius, in urbem venit, Prætori-  
umque ascendit, inter fratrem & se-  
natum inducias pactus, quoad Chri-  
sti-

1458.

ftianus frater, Daniæ Rex & Holsa-  
tia Dux convenirent, controversi-  
asqve componerent.

Anno deinde 1461 Gerardus cum  
civitate de teloniis transegit.

Et Budjadi cum Bremensibus  
pacti sunt, ut ipsi unà cum terræ suæ  
senioribus judiciis suis quinquenni-  
um præessent, eoqve nomine mul-  
ctas cum senioribus partirentur.

Interim verò cum ipso etiam  
Mauritio Gerardus de divisione bo-  
norum contendebat, volebatqve,  
quemadmodum etiam frater Chri-  
stianus Rex, ut Mauritius cælibem  
vitam ageret relicta Gerardo comi-  
tatus gubernatione. Verùm is svasu  
comitum ab Hoya uxorem ducit,  
& divisionem urget, fretus auxilio  
comitum ab Hoya, & Bremensium

*a) Voluerunt auunculus & frater*

*Gerardus  
& Christi-  
anus rex  
volunt,*

*b) W. Oldenburgicus  
ut Mauri-  
tius C. cali-  
bem vitam*

*agat in finctu*

*Sed is fretus c) Hoyensium d. l. l. c.  
Hoyensium mensium anno  
& Bremen. M. CCCC. LVIII.*

*sum auxi- d) Intrig. Gerardo  
lio eorundem auxilio bellum  
infert. Gerardus in fines dice.*

R ;

qvos

cesis Bremensis incursiones  
fecerat, eamque ob causam ac  
propter itinera infesta & canoni.

1462.  
eos & cives inimicos prius  
collegerat ac deinde hostes.

Leippe iniuriam ultari  
 tandem excurrunt in Olden-

broco grassantur, Harle com-  
burant, pecus Blankenbur-

gensium abigunt, novam  
Hentorpiam spoliant & Ste-

dingoram multos interimunt.  
Verum paulo post in Nien-

broum reversi studio pra-  
sectorum & Amerlandionum

caeduntur & illorum Delmen-  
horstum ob  
LXXVII. captivi fides

vna cum navibus septem  
abduuntur. Hinc Bremen-

ses ultionem ausi sapienter  
ad arma concurrunt. Injicitur

quos Gerardus novis subinde inju-  
riis laceflebat.

Eodem anno cum Gerardo etiam  
male conveniret cum Capitaneis

Frisiis, in Brezel / Norden / Embden /  
Aurick / Bierum / Dornum / Esens /

Stedesdorff & Witmunde / Hi foedus  
fecerunt cum civitate: ubi ad arma

ventum, Christianus Rex Gerar-  
di partes, quibus potuit modis fo-

vit, & cum praesens bellum admini-  
strare non posset, Episcopum Mo-

nasteriensem, & Vuilhelmum se-  
niorem Ducem Brunsvicensem

substituit.

Obsederat Mauritius cum au-  
xiliaribus Delmenhorstum, & jam

fame vilis est expugnare, quando  
armis nocere non potuit, & penè

rem confecetatur, ut inedia compul-  
si deditioem facere cogerentur,

cum

cum Vuilhelmus Dux obsidio-  
nem magno apparatu solvere anni-  
teretur.

Commissum est hoc anno 1462  
inter Gerardum & ejus adversarios  
prælium durissimum: varia dimica-  
tio: ipse Dux aliquando sub pedi-  
bus, & penè captus erat, ut ei im-  
minens in corpore hostis cædere-  
tur: Tandem verò penes ipsum vi-  
ctoria stetit, & Comites de Hoya  
capti sunt.

Eodem anno lis inter Gerardum  
& Mauritium, qui obtento Delmē-  
horsto, opulētiorē Comitatus par-  
tem Gerardo reliquit, composita est:  
Quemadmodum etiam anno 1463  
inter Civitatem & Gerardum, fidem  
pro illo interponentibus Mauritio  
fratre, Prælati, Nobilitate & oppi-  
do Oldenburgensi.

*Gerardo i- ubi semel se in Ol-*  
*gitur suasu Regis se ju-*  
*denburgico comi-*  
*git Vuilhel-*  
*mus Brun-*  
*tabu movet illa*

*Suici Dux gravis & luctuosa*  
*belli vis atque tempestas,*  
*destinatumq; Bremensibus*  
*dum fulmen, primi quidem*  
*impetus ad Eccliam vali-*  
*do Natim Ingore detonat.*  
*& Mauri-*  
*tium inopi- Tunc Henricus a*  
*nata victo- Mandelflo castro.*  
*ria superant*  
*rum præfecto & Duce su-*

*lus Bremensium exercitus*  
*& XXIII. ciues capti sunt.*  
*Pace facta*  
*inter Mau- Ecclie tanæ cla-*  
*ritium, Ge. di Kuntina suc-*  
*rardum,*

*1463. cessit. Hic secun-*  
*da belli procella desecuit*  
*combustis Amstedæ & Do-*  
*merschwoode. Tunc Stedingo-*  
*rum terram, agros & Sata*

*Cum aggeribus à Bremensis*

per fossis aqua inundavit. *Quoniam*  
*1464.* Cum ob incontinentes Gerardi  
 obrem Oldenburger *colle* manus bellum recrudesceret, nec ta-  
 ctis undique viribus hostium *men* Bremensibus semper ex voto  
 in agros suos grassantium *in* succederet, suspectam habuerunt fi-  
 in petum iustis reprimere *dem* suorum Consularium, quos in  
 ac retardare rati, mox feca *carcerem* conjiciebant, tandem Ci-  
 ritatem illorum experti *vitatum* Anseatici foederis interven-  
 vindictam iactura sume. *tu* liberatos.  
 re moliantur & vagabundos *Colonienſis* quidam Cæsari con-  
 militibus civis captis 884 *questus* erat, quod à Capitaneis Bre-  
 & 250 in Hantum fluvium *menſium* in Visurgi despoliatus es-  
 protrusis, superant. Tenta *set*: Proinde coacti sunt cum illo  
 ta inde frustra pacis exi *transigere*.  
 qua spes. Itaque Delmenhorſt *Eodem* anno inter Gerardum &  
 tertiam fulmen comitis. *Bremēſes*, se interposuerunt Comi-  
 Luippe anno MCCCCLXIII *tes* ab Hoya, *Militares* quidam, &  
 una cum Mauricio & comiti. *Lubecenſium*, atq; Hamburgensi-  
 bus Hojenſibus Bremenses *um* Legati, & controversiam inter  
 obſidione arcem & civitate *Regem* simul, & Gerardum, atque  
 premunt. Longae *Bremensem* civitatem, tabulis super eo solenni-  
 dura obſidionis e. *brevis* sanè *bus* confectis, sopivisse videbantur.  
 gestate & fame armis expugna. *regius*.  
 At

At cum Gerardus fidem sæpè datam falleret, & Henricus à Schmarzbürg Archiepiscopus, se bello implicaret, non tantùm ob injurias, tam canicis, quàm civibus illatas, sed maximè ob denegatam restitutionem Delmenhorsti, quod Nicolaus de Delmenhorst Archiepiscopus, diceclesi donarat, Henricus & Bremenses in agrum Oldenburgicum irruerant, prædasquæ abigebant, quoad res denuò permitteretur cogniti-  
*Nam Gerardo vir vexatus. Gerardo inquietus, autem se iussu regis iungit. Wilhelmus Brunsvici dux, qui offensionem in longius tractam interuenit, Mauritium inopinata victoria superat, comiter Hojensis capit & Bremenses fugit. Hæc clades bellum videlicet diuturnum motura. Quæ propter saevientibus armis intrinsece Gerardus archiepiscopus, Nicolaus comes Fekelenburgicæ ditionis, & alii. Verdae pag. 1466. facta. inter fratres & cum civi-*

Tum (inquit Historicus) mercatores Lubecenses ea compositione fili, pannos suos per terram, maximè Delmenhorstum, quod defuncti fratris Mauriti superstitum filiorum tutorio nomine tenebat, ve-  
*tate Hamburgi Societatis per- casam secuta est brevis sa- re requies.*  
*cum into- Nam defuncto rio nomine Mauriti Gerar- Delmen- 1465 dus vir in- horstume. quietus & turbu- neret, lentus cum tutor Del- menhorstum teneret, marti-*

marum urbium mercatores xere. Venit nuncius & ipse merca-  
 depraedabatur. Bremenses itaq; tor ad Gerardum, saluum condu-  
 episcopi Henrici Comitis ctum postulans pro pannis, qui ef-  
 Schwartzburgensis auxilio sent in itinere, in promptu nume-  
 bellum maximo comitibus rans aureos quinquaginta dono, ac-  
 renouant. Gerardus alacri- ceptisque literis, velut re benè ge-  
 tatem hostium cernens, inde sta, adduci curat: pannorum fascis,  
 ponit equidem per mercatores ubi venerant, iussit Gerardus in ar-  
 amicos spem pa. depraedaba- cem perduci: exclamat mercator, si-  
 cis, sed nihilominus bis bi suisq; rebus saluum conductum  
 praedam è Bremensium esse praestitum, literas paulò ante da-  
 uimentis facit. Quamob- tas ostendit: Ille refert, nisi literas  
 rem Bremiani incredibili tradidissem, non venisses, abi plura  
 armati audacia Oldenbur- allaturus,

gensen comitatum petunt. Bremenses unà cum Budjadis &  
 Comes autem condiciones de- Vuurfatis, Comites Oldenburgicos  
 ram offert atq; Bremenses Frisiis conciliarunt, hac lege adjecta,  
 hac ratione secundo ut Frisii in posterum ab Oldenbur-  
 mouet. gico, Oldenburgici vicissim ab om-  
 ni Frisico agro abstinerent, & si

Inde per sexennium quies. quid contra pactum conuentum in-  
 Vbi verò Reken & Wikerken ca-  
 1471 cordis vastabat Brema quam.

captaretur, id censuræ & cognitioni  
Bremensium permetteretur.

Fœdus inter Henricum & civita-  
tem anno 1471 contra Gerardum  
renovatur, promittitur senatui in  
eventum victoriæ terra Wurden /  
unà cum Hammelwürden / insula.  
Conjunxerunt se cum eis etiam Fri-  
fii, & Lubecenses atq̄ve Hambur-  
genses. Dejectum, primò præsi-  
dium, quod Gerardus ad Visurgim  
erexerat, captaq̄ve est arx Harpen-  
stede / obsessum oppidum Olden-  
burg / & xiv diebus oppugnatum.  
Intervenêre vicini, Episcopus Of-  
nabrugensis, Verdensis, & alii,  
pactiq̄ve sunt inducias: sed nihilo  
qvietior erat Gerardus, bellum in-  
tulit Frisiis, novum præsidium ad  
Visurgim extruxit.

*primum arma canens. Aidingo.  
tum tractum populatut, va  
Nat & vtil omnia. Re compo  
fœdus re- ita Gerardus in Hin  
novato, burgenses & Lubecen.  
ser quorum ope bis à fratre  
Christiano Danorum rege de  
Wilstermarhia pulsus erat,  
odium hostile concipit, & mera  
fores depraedatur quibusdam  
Grassumptis etiam in vincula  
in societate coniectis. Hac de  
Frisiis, Lu-  
becensib. & causa Henricus ad  
Hambur-  
gensib. munitior dioece.  
præsidium sicut Bremensis ut  
Gerardi  
dejiciunt. bium adiutor arcem  
Arcem Delmenhorst obs.  
Harpstede det. Pater autem  
occupant  
& Olden-  
burgum ob interceptis pacem  
sident. conciliat, ex tamen con-  
conditione ut Gerardum vivis  
ribus posthac tutum & liberum  
commatum permittat.*

*Nec diu Gerardus, sicut promissus, indeq; in sui perniciem Henrico & ciuitatibus de nouo belum Arripit.* Proinde Anno 1474 non tan-  
 tum Archiepiscopus, capitulum, & civitas, sed & Budjadi, & Rustris, novo foedere coeunt. Nam quasi tempestas illa eversio- nibus oppido- rum, arcium, pagorumq; Olden- burgensium curreret, ita Vuester- burgi & Hattæ ruinam Hargum, nuper in Visurgis ripa posita arx, quã Bemenses solo æquauerunt, excepit. Hanc verè pagorum Schepessen/ Edevuecti, Rostorpii & Tuuische- naehuæ cineres. a)

*Multa Olden-  
 burgen-  
 sium arces  
 pagiq; &  
 oppida in  
 cineres ver-  
 sa.*

a

*chti .. Twischenahnae*

*a) Eo quidem seculo Oldenbuzi obsidio, licet minus felicitate ob annona militari caritate. Porro sequenti anno d. 1475. mensis arcem H. Torabe destruxit & paulo post Nienbroch. Deinde no- uum castrum & Eduardus præsidium ad Anglia Rex* In hunc quoque annum incidit Traiectana cõcordia. Civitates An- zæ Theutonicæ multis immunitati- bus & privilegiis ab anno 1260 & antè, in Anglia gaudebant. Sequen- tibus autem temporibus multis in- juriis affectæ fuerunt, & inprimis Rex Eduardus IV, quod ipsi civita- tum

tum & Christierni I, Danorum Regis, quo cum belligerabatur, amicitia suspecta esset, ab anno 1468 naves & mercimonia civitatum diripuit, & civitates omni suo jure, atque privilegiis cecidisse prætendit, eoqve bellum gravissimum, quod trienniū duravit, excitavit, quoad Carolus Burgundiæ Dux interveniret, & causam hoc anno 1474 Trajecti (unde nomen Trajectanæ concordia) componeret. Quam parum autem firmitatis ea, præsertim ab anno 1578 retinuerit, sequentium annorum historia docebit.

Eodem anno cum Carolus Burgundiæ Dux Novesium obsideret, Cæsar verò Maximilianus I. ei numeroſo exercitu occurreret, Bremenses sua Cæsari auxilia summiserunt, Duce Reinero à Barsenſenatore.

*Virgini quod comes erigere  
vix potuerat, ope navium  
expugnata, & viginti ſatel-  
lites ibi reſectos, iam crimi-  
Privilegia ne reſ, gladio pu-  
Anza Ten-  
tonica aſ-  
ſectas.*

*Bremenses  
contra Ca-  
rolum Bur-  
gundum*

*Cæsari au-  
xiliantur.*

1475.

*fab h. v. quando v. seq. ad v. p. d. d. a. fa. p. o. l. u. s. s. e. n. t. p. a. s. e. q. e. t. a. & A. o. m. n. i. a. d. e. v. e. r. b. o. m. e. r. l. a. n. d. i. a. a. d. v. c. o. n. g. r. u. u. n. t. c. u. m. e. x. p. i. l. a. t. a. K. r. e. s. t. i. a. g. i. o. i. n. d. i. s. c. p. m. 347.*

*improvidi  
à Gerardi  
2/ copis im-  
provisò ob-  
ruti*

*cladem ac-  
cipiunt.*

Anno 1475 Henricus & fœderati terram Ammerlandt / à qua Comites antiquitus Ammerlandiæ Comites appellari solebant, expilarunt: Quando omnibus expilatis abitum parabant, Henricus Bremenses monuit, ut relicto compendio, quo ire decreverant, secum tutiori itinere circumirent, nec se in angustias conjicerent: At illi armorum multitudine freti suo Capitaneo Arp Bicker obsequabantur, & rectà Bremam per augustum illum exitum, Morimen / pergebant, magno suo malo. Ab Oldenburgicis enim obruti, cum nec cedere, nec fugere, nec retrò ire liceret, sed currus medii replerent omnia, magna strage cæsi sunt Bremenses, numero septingenti, quingenti verò capti & in arcem Del-

Delmenhorst pertracti: in quorum redemptionem ingens pecunia Gerardo persoluta est: Hunc (inquit Historicus) exitum habuit temeritas malè festinantium, cum securo itinere circumire potuissent.

Sequenti anno intervenire vicini Episcopi, Osnabrugensis & Verdenensis, Capitulum & civitas Monasteriensis, Luneburgensis civitas, & Gerardus à Koppelen Eqves, effeceruntque, ut Bremenles arma deponerent: Gerardii filii, Adolphus, Ioannes, & Christianus solennibus tabulis promitterent, se curaturos, ut vicinorum, quos nominavi, iudicio causa tota definiretur.

Henricus autem Archiepiscopus bellum persecutus est, quoad anno 1482

Delmehorstum dederetur & Gerardus

guber-

1476. Annus erat M.C.C.

CCLXXVII. cum contra

Gerardum Brema ultro ad.

& inter eos iura Henrico &

Episcopi Monasteriensis

porum vi militem in expeditionem

cinorum mitteret. Ille facta pro

& Luneburgensis

da & Immerlandia

oppugnata recta ur-

arma depone-  
ben petere constituit.

nunt, Comes arma quae corripit

& vicinorum claustra, cum interim

tanta erat meli victoria sila-

cia ut ne praedicti quidem per epi-

scopum & Bernhardum Baller

consulenti iuris & locorum p.

482. nicali commoueretur.

Itaque improvidum & ut tale re-

scientem Gerardus improvidus

ortus, cum ille se temeritas

armorum & equitum multitudinis fretus nec angusta locorum & paludum in Mora, recto-  
simum insidias horretet, undiq; inuadit, praedam amicisam & 700 plaustra & 1500 homines.  
ta arca maiora assequitur. Quingenti Bremenorum & militum praefectus Artus. Dicker  
opprimuntur, 807 captis. Hac clade factum, ut Gerardus insolentior redditus de nouo rapere  
in Bremenfer & reliquas urbes moliretur. Itaque, ingenti pecunia 1000 captorum liberati-

one perfoluta prius, Henricus malo firem datus casto Wefelbargo Delrenborgi  
arum ob aquarum & paludum copiam muniffimam anno Chr. MCCCCXXXVII.

ad ditionem cogit & Mona. 171

CHRONICON

Armeni epifcopatu quoniam  
Bremenses ~~et~~ nobiles  
et cives in hoc bello fequiores,  
quam per ipfos vido. de xl pira-  
tibus, addit.

ris suppliciu  
sumunt,

gubernatione filiis permiffa, tota di-  
tione difcederet.

Eodem anno Bremenses 40 pi-  
ratis, quos Gerardus conduxerat,  
comprehenfos supplicio affecerunt.

1485.

Cum bellum Bederkolanum à  
Saxoniae Duce, & aliis redintegra-  
ri vellet, interventu Ioannis Bran-  
denburgici, & Archiepifcopi, id in-  
terceptum, cauffaque juri commif-  
fa. Atarx Elma à Bremensibus ex-  
cifa funditus est, atq; everfa.

1487.

Inter Bremenses, Hamburgenses,  
Stadenses & Buxtehudenses conve-  
nit, frumentum nullum, nifi quod  
in ipforum civitatibus confumi de-  
beret, per Albim in mare, sub con-  
fifcationis poena, evictum iri.

1490.

Cum Dioecesis Bremensis multo-  
rum infidiis, & direptionibus expo-  
fita, in gubernatione quoque ejus-  
dem

Crantz L. XI. metrop. c. 25.  
8 26.

dem aliquid desiderari videretur, Proceres & ordines Diocesis omnibus his communi decreto, foedere & Recessu prospexerunt.

Convenit inter Archiepiscopum, Capitulum & Civitatem, ne præfæcti arcis Langvuedel sibi quid ex eo vendicent, quod de rheda currente deciderit, & si vendicetur, id ad postulationem civitatis triplo solutum iri.

1495.

Eodem anno cum gravissimè inter se dissiderent Ostfrisiæ comites, & Edo Wimeken/Jeveræ dominus, Bremenses & Capitaneus à Dornum litem ad juris tractationem revocarunt.

ac Edonem  
& Frisia  
Comites,

Anno sequenti, cum se Comitibus junxissent Vuestfrisii, Hollandi, Zelandi, & à juris disceptatione ad arma reversi, mare ac flumen navige-

1496. Anno MCCCCXCVI.

Hennis rebus humanis exento  
succedit in archiepiscopo patu do.  
Hollandos anner Rhode, qui est  
& Zelan humilioris loco natus  
dos inter se ita apud nobiles  
ris populum quæ in minori exi-

T

ratione. Atq; iteò in eum proxime consurgunt Frisi ad Visurgis ostium habitantes & subiectionem debitam recusantes, mox vicini principes, Magnus Saxonica dux & Johannes comes Oldenburgeris silesii neglector in electione fratres cupientes tertio nobiles dioecesis cum Magno collidentes. Tamen auxilio Bremensi

um & Hamburgensium quorum intererat Pifurgim & mare navigationibus  
suis liberum relinqui, par omnibus Magno bellum indicit. Tum Hadleriam duci  
ereptam archiepiscopus, Brema & Hamburgum inter se partientes. Magus

173 CHRONICON

Legionem Belgicam quam  
guardiam aetas illa dice-  
bat, & quae nul.  
his annis sub Maximilia-  
ne Regis & iam priorem Sa-  
rorum contra Suecos signis  
meliorat, conducit 1498.

& amicisam provinciam re-  
cepit. Quam Joannes Ro-  
dem conspiciat. de Archie-  
piscopus:  
archiepiscopus Christophorus  
ducem Brunsvicensis Hen-  
rici senioris filium coad-  
iutorem deligit. Inde sine  
mon legio cedit. Atq; ita  
hoc bellum ante finitum  
est, quam geri apud reli-  
quos Germania populos  
nunciaretur.

v. p. 176. 177.

in quem  
proximè  
Budjadi &  
Stadlandi  
consurgunt

ris infestum redderent, rursus se in-  
terposuere Bremenses, & Hambur-  
genses, qui conjunctim à dissidenti-  
bus causæ dijudicandæ arbitri ele-  
cti sunt.

Anno 1498 controversia exti-  
tit inter Archiepiscopum Johan-  
nem, capitulumq; & Senatum,  
quod utriq; conqvererentur de  
molestiis, & quidem Senatus de-  
turbationibus & molestiis sibi in-  
jure suo spiritali illatis: Sed cau-  
sæ cognitio, & dijudicatio parti-  
um consensu rejecta est in Ham-  
burgenses quosdam (inter quos D.  
Albertus Crantzius) & Lunebur-  
genses.

Interea Archiepiscopus Joan-  
nes Rode per internuncios cum  
Budjadis & Stadlandis egit, ut Ar-  
chiepiscopatus se crederent, salva,  
quam

quam haberent, libertate: illi responderunt, liberum se esse populum à memoria Caroli Magni, quam à Majoribus accepissent libertatem, eam se defensores, nec Archiepiscopum pro domino suscepturos.

*Subjectionē recusantes.*

Sed Johannes Oldenburgensis, Gerardi filius, ut Chytræus scribit, anno 1499 conductis aliquot Satellitibus Frisiam aggressus est, ubi ignavæ pecudes, inquit Historicus, se dedunt, ne uno quidem prælio pro ea, quam inflatis prædicabant buccis, libertate pugnantes.

1499.

*Verum à Joanne Oldenburgio armis petiti seipsi dedunt.*

Eodem anno Magnus Saxoniae Dux, inquit Historicus, cum videret Joanni Oldenburgico, Gerardi filio, feliciter succedere expeditionem, quam is adversus Stadlandiam susceperat, ipse quoque amplificandæ ditionis suæ studio adductus, arma

*Interea Magnus Saxoniae Dux*

*arma ad-  
versus  
Vuurfatos  
canit.*

*Archiepi-  
scopus igi-  
tur auxilio*

*Bremensiu  
et Hambur-  
gensium*

adversus Vuurfatos parat. Archiepi-  
scopus cum se à militaribus suis con-  
temni intelligeret, cum Bremensi-  
bus & Hamburgensibus belli socie-  
tatem init: Non enim Saxo Eccle-  
siæ solùm detrahere jus suum molie-  
batur, sed & fluminum ripis, & ipsi  
mari imminere, quo libertatem na-  
vigandi impediret, flecteretque in  
sua commoda. Omittit Historicus  
litem Bederkosanam, causarum bel-  
li, quemadmodum etiam ex præce-  
dentium annorum historia appa-  
ret, nõ postremam: In foedere de eo  
solicite actum, cum Archiepiscopi  
proportionem Bremenses & Ham-  
burgenses 20 militibus superarent,  
ut ideò Archiepiscopus, si copiæ, de  
quibus convenerat, ad avertendum  
Saxonix ducem non sufficerent, o-  
mnes adduceret, qui militiam ipsius  
&

& arma sequi tenerentur: Igitur Ar- par hostib.  
factus Ma-  
gno bellum  
indicit.  
chiepiscopus & civitates confœde-  
ratae Magno Duci hostilia nuntia-  
vere, & jam comparatis satellitibus  
Hadeleriam penè sine conflictu de-  
ditam accepere, tripartito inter se  
eam dividentes. Magnus Dux adi-  
ens omnes in circuitu Principes,  
queritur per vim sibi ademptum  
patrimonium: Omnes commovet,  
ut literis datis, communi ope, con-  
ducant gregarios milites, Gvardiam Magnus i-  
gitur prin-  
cipum ope  
Legionem  
sen Gvardi-  
am Belgicã  
dixere, qui dudum Alberto Saxo-  
niæ Duci, deinde Regi Romanorũ  
in Geldriam, postremò Duci Gel-  
drensi in vicinos Clivenses, & Julia-  
censes Duces militarant, quorum  
etiam opera Rex Daniæ Johannes  
Regnum Sueciæ imperata facere & advenã  
colleçitiũq;  
conducit  
exercitum,  
coëgit: Ex omni natione concurre-  
bant Syevi, Bavari, Helvetii, Fran-

ci, Saxones, Brabanti, Geldri, Lombardi, Hispani, Galli, Scoti & Æthiopes.

Bremensem Dioecesin transmissio  
Uesera invadere constituerāt, sed  
transitum prohibebant cū excu-  
biæ in altera ripa positæ, tum etiam  
tempestas, nixq; & frigora: Immine-  
bant verò præcipuè Stadenſibus &  
Buxtehudenſibus, sed ita semper al-  
ternabat aura, ut diu, quod optabāt,  
nō possent: Animadverſū est, prædia  
militarium (quod Archiepiscopo æ-  
qui nō essent) mansisse intacta: Quæ  
verò Ecclesiæ, & Monasteriorum e-  
rant, ignes hostiles sensisse: Hædele-  
riam facillè recuperarunt: At cum in  
Vuursatiam se converterent, acce-  
pta in signi clade retròtulere pedem:  
Interim Archiepiscopus cum vide-  
ret militares se negligere, neq; civi-  
tates

*& amissam  
quidem pro  
vinciam*

*facillè recu-  
perat: sed  
cū in Vuur-  
satos se con-  
verteret,  
cladem ac-  
cipit.*

tates tantam belli molem pro Ha-  
deleria sustinere

Interes  
Archiep.  
Christopho-  
rum Brun-  
svici duces  
adjutores  
delegis.

Caruarum.

1412. *Caruarum* - *of. Adam v. Bremen*, in loco  
Bremen vocato.

1417. *Caruarum* - *of. Gislebertus* - *of. Altranburch*  
Gislebertus v. Altranburch - *of. Altranburch*  
Gislebertus v. Altranburch.

1448. *Caruarum* - *of. Gislebertus* - *of. Altranburch*  
Gislebertus v. Altranburch - *of. Altranburch*  
Gislebertus v. Altranburch.

1458. *Caruarum* - *of. Gislebertus* - *of. Altranburch*  
Gislebertus v. Altranburch - *of. Altranburch*  
Gislebertus v. Altranburch.

1464. *Caruarum* - *of. Gislebertus* - *of. Altranburch*  
Gislebertus v. Altranburch - *of. Altranburch*  
Gislebertus v. Altranburch.

1477. *Caruarum* - *of. Gislebertus* - *of. Altranburch*  
Gislebertus v. Altranburch - *of. Altranburch*  
Gislebertus v. Altranburch.

opho-  
icensis  
Hostes  
derico  
erunt.

im, &  
duxe-  
utri-  
fici-  
iber-  
iri.

m ci-  
us ab  
Dux  
arma  
rici

Bederkesa.

centium, Senatui restitueretur, &  
causa juri committeretur.

Frisii à Johanne Oldenburgico  
de-

1501.

ci, Saxones, Brabanti, Geldri, Lombardi, Hiberni, Galli, Scoti & Æthiopes.

Brem  
Vveser  
transitu  
biæ in a  
tempe  
bant v  
Buxte  
ternal

*& amissam  
quidem pro  
vinciam*

nō po  
milita  
qvi n  
verò  
rant,  
riam

*facile recu-  
perat: sed  
cū in Vuur-  
satos se con-  
verteret,  
cladem ac-  
cipit.*

Vuu  
pta in signi clade retrò tulere pedem:  
Interim Archiepiscopus cum vide-  
ret militares se negligere, neq; civi-  
tates

tates tantam belli molem pro Hadeleria sustinere velle, Christophorum Henrici Ducis Brunsvicensis *Interes*  
filium Adjutorem accepit: Hostes *Archiep.*  
à Daniæ Rege & fratre ej<sup>9</sup> Friderico *Christophorum Brun-*  
conducti in Dithmarsiam abierunt. *svici ducem*  
*adjutorem*  
*delegit.*

Eodem 1499 anno Capitulum, & senatus in solenne pactum deduxerunt, nulla Diœcesis castra sine utriusq<sup>ue</sup> consensu obligatum, officiales nullos, nec bella susceptû, libertatem deniq; nullius violatum iri.

Anno 1500 cum Bederkossam *1500.*  
civitatis nomine teneret Nicolaus ab Horn, Saxonix & Vuestphalię Dux  
eam incautò eripuit: Ideoq; ad arma  
reversum, qvoad intervētū Henrici *Bederkesa.*  
junioris, & Erici, Ducum Brunsvicensium, Senatui restitueretur, & causa juri committeretur.

Frisii à Johanne Oldenburgico *1501.*  
de-

*Fr. Frisiffa remarques 1702. Fev. 11.  
V. 241.*

*Vuurfati  
Etzardum  
libertatis  
sue tutorem  
eligunt.*

debellati pedem referunt, cum  
Vuurfatis foedus ineunt, & Etzar-  
dum, cujus pater Ulricus anno 1453  
Frisiæ comes à Cæsare Friderico III  
creatus erat, libertatis suæ tutorem  
& patronum eligunt, quem Johan-  
nes Oldenburgensis, quamlibet im-  
petratis Henrici Senioris, Ducis  
Brunsvicensis, Osnabrugensis E-  
piscopi, & Esensis, Jeverensisque  
capitaneorum, sociorumque suo-  
rum auxiliis, rem strenuè agens fru-  
stra ejicere conatus est.

*Ortis inde  
periculosis  
contentio -  
nibus*

Nec contentio tantum fuit inter  
Oldenburgicum, & Etzardum, sed  
Archiepiscopus quoque jus suum  
prosecutus est, & Oldenburgicus  
vicinorum Principum atque Dy-  
nastrarum opem efflagitabat, eisque,  
si Frisia occuparetur, partem ditio-  
nis æqua portione dividendam pol-  
licebatur. Do-

Donec anno 1502 intervenirent civitates Bremensis & Lunenburgensis unà cum Vuursatis, permoverentque partes dissidentes, ut plerumque in foro civitatis Lehe convenirent, paciscerenturque controversiam ad juris cognitionem revocari oportere: Quod etiam Oldenburgicus, etsi pacto non interfuerat, ratum habuit.

1502.

*Bremenses  
& Lunenburgenses**rem & litis  
arbitriū in  
juris cogni-  
tionem tra-  
jici elabo-  
rant.*

Eodem, & sequenti anno lis civibus quibusdam Bremensibus intercessit cum subditis Heronis Ommeken, Domini in Esens, & Vuitmunde: Quæ restandem litigantium Magistratus implicavit, ut parum abesset, quin bellum excitaret.

1503.

*Controver-  
sia cū Esen-  
sib. & Vuit-  
mundanis.*

Raymundus quoque Cardinalis, legatus sedis Romanæ, hoc anno solenni pompa in urbem venit, eamque privilegiis ornare studuit.

1506.

Bellum intercessit Archiepiscopo Bremensi cum Carolo, Geldriæ Duce: Civitati verò, cum ea à bello abstineret, Geldrus cavit, bellum ipsi non fore fraudi.

1512.

*Brema Archiepiscopo Christophoro homagium præstat,*

Anno 1512 Archiepiscopo Christophoro civitas per camerarios homagium præstitit, transegitque inter alia, pagum Lehe in exactionibus pristina sua immunitate uti debere.

*Budjadis et Stadlandis auxilium flagitantibus*

Eodem anno Budjadi, & Stadlandi, quòd metuerent novas irruptiones Johannis Oldenburgici, & ipsi foederatorum Principum, implorarunt auxilium civitatis, ostenderuntque, id ipsi propter antiqua foedera denegari non posse: Civitas etsi ægrè ferret, sine consilio suo, & in præjudicium foederum, & Bremensis Dioecesis, Frisios Etzardi  
ju-

jugum subiisse, benignè tamen re-  
spondit, & abundè declaravit, eos, *benignè re-  
spondet.*  
modò in posterum prudentiùs age-  
rent, atqve ipsis per Etzardum lice-  
ret, officiis mutuis civitatem prose-  
qui, desertum non iri, cœpitqve  
statim ex consilio Capituli per Le-  
gatos cum Archiepiscopo agere,  
ut juris Diœcesis rationem habe-  
ret.

Interea Etzardus <sup>a)</sup> multos ci-  
ves, & mercatores Bremenses cæ-  
perat, propterea quod ædificatu-  
rum arcem in Visurgis ripa impe-  
dierant. Quamobrem Bremen-  
ses irritati Comitis subditos depre-  
hensos spoliant, & in urbem abdu-  
cunt, donec anno 1513, quo Ge-  
orgius Saxonix Dux Henrici Se-  
nioris, & Erici Brunsvicensium,  
& Henrici Luneburgensis operam

a) *Erzbia Orientalis comes*

*Etzardus  
Bremenses  
intercipit.*

*Quamobrẽ  
irritati illi- b) in Visurgis & ali-  
is subditos si  
spoliant.*

*c) tandem Beckhardus qui  
1513. tum temporis Etzardus  
subiecti erant, Oldembur-  
Duces Brũ  
svicenses genibus comiti-  
bus ducum Brunsvicensi-  
um armis restituti sunt.*

militarem ad opprimendos Groningenses conduxerat, illi in transitu Frisios per glaciem invaderent, & quamlibet postremò tuendæ libertatis conatu, impendentem servitutum fortiter repellentes prosternerent, ut servitutis jugum subierint: occupata ditione in quatuor partes sorte distributa: Unam Oldenburgensis ex pacto, alteram ab Henrico Brunsvicensi in feudum accepit, cæteras duas Ericus Senior, & Henricus Luneburgensis a leæ judicio permiserunt, atque ita Dux Luneburgensis ejusque posterij, cum fortuna ei favisset, Budjadam circiter annos 30, usque ad annum 1543, per præfectos administravit, donec accepta pecuniæ summa jus suum Oldenburgicis concederet.

*Frisiam occupans & ejus partem Oldenburgico concedunt,*

Cum

Cum anno 1515 ferveret bellum 1515.  
inter Saxoniae Ducem & Gronin-  
genes, interposuerunt se partium  
consensu, Henricus Brunsvicensis  
Dux, & Bremenses.

Et si antiquitus telonii Borgen-  
sis duæ partes civitati, tertia verò *De telonio*  
Archiepiscopi debebatur, idque *Borgensi*  
partis jam ab anno 1387 firmatum *disceptatur.*  
erat: Tamen Christophorus Archi-  
episcopus id in dubium vocavit:  
Tandem transactum est, teloni- 1516.  
um ad vitam Christophori æquis  
portionibus divisum, At post ipsum  
ad majorum observantiam rem re-  
dactum iri.

In sequentem annum incidit Re- 1517.  
cessus Archiepiscopi, & ordinum  
Dioecesis, de judicio provinciali fa-  
ctus.

Cum duraret adhuc bellum Chri- 1518.

stophori Archiepiscopi, & Vuursatorum, Vuursati arcem Archiepiscopi Morgenstern diruerunt, & Bederkoffam tentarunt, sed frustra.

1522.

*Brema Pontificia religionis primæ inter Saxoniam inferioris urbes reformationem*

Ex Vuittenberga ea tempestate religionis Pontificiæ reformatio ad alias paulatim Germaniæ civitates & provincias propagata fuit. Inter cæteras verò Saxoniam inferioris urbes, prima mutationem admisit Brema, ubi anno 1522 rogatu Henrici Esichii, Senatoris, Eberhardi Speckhanii, & aliorum patritiorum, permissu Senatus, Henricus Sutphanensis, monachus Augustinianus, recens Antyuverpia ex adversariorum manibus elapsus, primùm in sacello prope S. Ansgarium, deinde in templo Ansgarii biennium concionatus est. Conticescebant enim Canonici, quod in loco sacro, per tumultum

carere

*et concionatorem e-*  
*ad. d. d. p. 159. Illo*  
*autem Jacobus*  
*admittit.*

*ad. d. d. p. 159. Illo*  
*autem Jacobus*  
*admittit.*

multum civis quidam vulneratus, e-  
 oꝛque templum interdicto Ecclesia-  
 stico subiectum esset. Quàm pri-  
 mum autem Clerus animadvertit,  
 Henricum sibi plausum populi con-  
 ciliare, rogarique, ut maneret, indi-  
 gnari coepit, & primò Magistratum,  
 ne in urbe ferret hæreticum, qui  
 doceret contra Ecclesiam, & cum  
 hoc illi non persuaderet, Archiepi-  
 scopum Christophorum, ut se in-  
 terponeret, precibus fatigare: Ar-  
 chiepiscopus monachum sibi tra-  
 di per legatos frustra postulabat,  
 tandemque, ut eum condemna-  
 ret, concilium provinciale Bux-  
 tehudæ indicebat: Henrico do-  
 ctrinæ suæ defensionem ex sacris  
 literis offerente, & emendatio-  
 nem pollicente, si erroris convince-  
 retur.

*Clerus igitur primò magistratū urbis,*

*inde Archiepiscopū rogat, ut Henricum dimoveat.*

*Archiepiscopus quidem Henricum sibi tradi postulat, sed frustra.*

Eodem

Eodem anno Occidentale, sive  
Stephani castellum inchoatum est,  
fossa & vallo latiùs diductis, porta-  
que Abbatis vallo occlusa.

*quod sit solutus, iussu d. Montis  
1519, affectus obit.  
Interca Anno superiore M. D. 1523.  
M. D. Pauli 1523.  
Cœnobium*

Anno 1523 cum nunciarentur ad-  
ventare eqvites aliquot, & pedites,  
Cœnobium suburbanum S. Pauli,  
mœnibus Breme contiguum, occu-  
paturi, civitas id, ne in hostium u-  
sum cederet, demolita est.

*aliquando*

*Cœnobium  
D. Pauli  
senatus de-  
molitur.*

*Senatus urbem mœnibus de-  
molitur fuerat*

1524.

Hinc inseqvens annus Archiepi-  
scopo novæ discordiæ rationem o-  
stendit. Nam victis Vuursatis ad  
manum illi adhuc exercitus erat, cu-  
jus fiducia, cum multam Senatus  
recusaret, & ad causam jure defen-  
dendam se offerret, bellum commi-  
natur: Bremenses contrà omnia  
ad sustinendam obsidionem com-  
parant, & arboribus circa urbem  
succisis, & templo Mercatorum

*d) victoribus*

*e) viginti quinque auroreum*

*Hinc Chri-  
stophorus  
Archiep.  
bellum com-  
minatur.*

pro-

prope urbem, quod Johannis nudi  
appellabant, destructo, summa dili-  
gentia & assiduitate, summo labo-  
re, summis conatibus, munitiones  
accelerant, & ædificia monasterii  
Paulini reliqua, solo æqvant: Miles  
Archiepiscopi, cum rectà per pa-  
gum Arsten pergeret, incolæ terræ  
Vieplandt, & qui eis auxilio vene-  
rant, cives transitum frustra impe-  
dire conati sunt, incolis in turri Ar-  
steni primùm fumo, inde etiam lâ-  
ceis miserè tractatis: Animi igitur  
magnitudinem, & constantiam cer-  
nens Archiepiscopus, re diligenti-  
ùs perpensa, militem externum di-  
mittit.

*Bremenses  
 contra om-  
 nia ad su-  
 stinendam  
 obsidionem  
 parant &  
 munitiones  
 inceptas ac-  
 celerant.*

*Cernens i-  
 gitur infra-  
 ctos civium  
 animos Ar-  
 chief. mili-  
 tem dimit-  
 tit.*

Cum Archiepiscopus Vuursati-  
am anno 1525 domuisset, Ordinibus  
verò Diœcesis gubernatio Archie-  
piscopi ingrata esse, & majorum in-

1525.

stitutis parum convenire videretur, frater ipsius Henricus Brunsvicensis junior, utrisque autor fuit Recessus, seu pactionis Buxtehudæ factæ, quæ gubernatio Dioecesis reformatur, caveturque quomodo Dioecesis ex procerum, seu ordinum consilio administrari debeat: Repetitus est recessus & confirmatus annis 1531, 1535, 1544, 1549, non tantum ab Archiepiscopo & Ordinibus, sed etiam anno 1541 à Cæsare Carolo V per Commissarios Adolphum Schauenburgensem, Dioecesis Coloniensis Coadjutorem, & Johannem Depholdensem Comitem.

Sub idem tempus cum Henricus Zutphaniensis Evangelium Bremæ biennium annunciasset, ipso auctore Jacobus Probst Antvuerpiensis, Theologiæ licentiatus, idemque Augu-

*Jacobus  
Probst S.  
Theologia  
Licentiatus,*

*allo*

gustinianus, & qui ex Belgico se ad Lutherū contulerat, Bremam vocatus, in tēplo Mariano, & paulò pōst Joannes Timan<sup>9</sup> Amsterodamus in æde Martini, Pastores cōstituti sunt: Hi missas hoc tempore in omnib. tēplis & monasteriis, solo cathedrali excepto, abolent, & funditus tollūt: Zutphanienfis autem in Dithmarsia iter faciens à Nicolao Boye, Pastore Meldorphiensi evocatus, ab Archiepiscopi ministris captus in Dithmarsia Christi martyr factus, & maximo honorum civium luctu, crudeli supplicio affectus obiit.

In urbe Brema eodē anno de concordia actū est inter Archiep. & civitatem, p̄sentibus Archiepiscopi & Henrici atq; Erici Ducum Brunsvicensiū Legatis, pro civitate stantibus Hamburgēsis, Lunenburgensibus,

*af vir admirandus eloquentia  
& Iohannes Timanus Amsterodamus  
denum anno 1719  
missas in ecclia Bremana abolent.  
Meldorpiam*

Stadensibus & Buxtehudensibus,  
& Hieronymo Schurffio, ex Aca-  
demia Vuitebergensi evocato: Sed  
cum Octiduum disputando absum-  
ptum esset, ad sua se singuli recepe-  
runt.

1526.

Archiepiscopus Christophorus,  
incolas fori Lehe, quolibet invitos,  
nova sibi obligatione devinxit, quo-  
ad eos anno 1531, postquam Civitas  
ipsum in iudicio Camerae, apud vi-  
cinis principes, & Dioecesis ordi-  
nes accusarat, obligatione illa abso-  
lutos dimitteret.

Canonicos Ansgarianos silenti-  
um sibi ipsis imposuisse, atque ita  
Ecclesiam Zurphanensi permisisse,  
ex superioribus patet: Idem hoc an-  
no usu venit Stephanienibus: Cum  
enim in ipsorum templo Herman-  
nus quidam, vir doctus & puriori  
 reli-

*Canonicis  
 Stephaniani  
 sibi ipsis  
 silentium  
 imponunt.*

religioni addictus, esset sepultus, Canonici propter templum ab ipso contaminatum, conticuerunt.

Eodem anno creati Diaconi, qui pauperum curam gererent.

Eodem anno cum civitas contra Baldasarum Ommeken, Heronis filium, Dom. in Esens & Vuitmunde,

qui patris exemplo Bremensib<sup>9</sup> iniquior erat, imò terra, mariq; Mercatores, ac Navigeros molestabat, ar-

mis se expedire satageret, interposuit se Daniæ Rex per Johannem de Judland, Equitem, antea actorum omnium amnestia sancita: Subditis

utrinq; libera commercia, & tutus commeatus promissus: Cautu-

q;ve, ut posthac qverelæ subditorum & exactiones debitorum, coram legitimo iudice, jure, non Arresto, aut violenta detentione fiant: etsi no-

...

*Bremenses a/ M<sup>o</sup> D<sup>o</sup> 1177.*

*cum Balda ... ie  
saro Esense*

*o .. a*

*exortis officioribus transacti-*

*onem Bremenses intere-*

*dente Frederico Dani-*

*a Rege incant. In ea*

*ur*

*transactio - promittitur ac ca-*

*nem inter-*

*cedente Fr-*

*derico Da-*

*nia rege in-*

*cunt.*

væ offensiones, & discordiæ inter Esensem, & Senatum extiterint, nõ bello, sed delectis utrinque duobus arbitris, amicè componantur.

1527.

Duo rustici in Barthenckii civis ædes noctu à servula clàm intromissi, ipsum unà cum uxore trucidarunt, & post deprehensi poenas tulerunt.

1528.

Cœnobia Catharinæ, & Johannis occlusa, Monachisq; mandatum, ut à cæremoniis pontificiis abstinerent: clausum etiam est Vilhadi templum: Deniq; cœnobium Augustinianum in gymnasium à Senatu conversum, & otiosis monachis artium, & trium linguarum Professores, primusq; Rector Johannes Oldenburgius substituti.

1529.

Senatus civibus interdixit, ne Põtificias cathedralium missas, aut cõciones frequentarent. Eo-

*Cœnobium  
Augustini-  
anum in  
Gymnasiũ  
convertitur.*

Eodem anno indicebatur Brunsvigæ conventus, de sacro ineundo fœdere Protestantium (protestati enim erant contra imperii decretum hoc anno Spirę latum) ad quem Bremensiū legati Johannes von der Wicke/ Syndicus, & Jacob Loyue Secretari<sup>9</sup> cōtendentes, inter arcem Langwedel & oppidum Verdam intercipiuntur: Verdam perducti in hospitium vestes suas perqvirendas insidiatoribus tradere coacti sunt. Verùm hoc nuntio Bremam perlato, cum Senatus portas civitatis occludi, civesq; in curiam venire jussisset, Cathedrales statim quibusdam ablegatis, Bremenfiū Legatos dimitti curarūt.

*Syndicus  
Bremensis  
cum secre-  
tario inter-  
cipiuntur,*

*dimittuntur.*

Præcipuè autem religionis disfidium de die in diem incrementum cepit, eodemqve prætextu alia etiam latrocinia perpetrata sunt:

sunt: Inde cum Henricus à Sulingen  
Senator prope urbē ad Hortos Oli-  
torum vulneratus, oculisq̄ve obli-  
gatis in ditionem Mindensem per-  
tractatus esset, civitas eum Judicio  
Imperialis Camerae implorato, edu-  
xit, & insidiatores anno 1531 publi-  
cè proscripti sunt.

1530.

Inter civitatem & comitem Ol-  
denburgicum, de arce Ovelgonna,  
quòd non procul à ripa Visurgis po-  
sita videretur, in judicio Camerae li-  
tigari cæpit.

Eodemq; anno Augustana con-  
fessio in comitiis Imperii Imperato-  
ri Carolo V oblata, ejusdemq̄ve A-  
pologia Pontificiorum confutatio-  
ni opposita est.

Cumq; Pontificii Protestantibus  
extrema omnia minarentur, Ele-  
ctor Saxoniae dimissis ilico huc illuc  
 literis

literis, Landtgravium, reliquosque  
Principes ac civitates protestantes  
 orat, & hortatur, ut ad 22 Decem-  
bris diem Smalcaldiæ conveniant:  
ibi tum foederis Smalcaldici formu-  
la concepta est, cui cum Principibus  
subscripserunt civitates duæ Magde-  
burgum & Brema, reliquorum le-  
gatis eam ad referendum accipien-  
tibus.

Cæteroquin quiescebat tum Bre-  
 manullis bellorum procellis agita-  
 ta, cum seditio hominum opinione  
 major & atrocior in urbe exarsit.  
 Ejus causas quadraginta virorum  
 potestas, ceu tribunitia excitavit,  
 quæ specie quidem plebis curandæ  
 ac tuendæ, cujus in auxilium com-  
 parata fuit, re autem dominatione  
 quærens, studio & favore populi ci-  
 tō increvit. Inerat omnibus splendor

Y

æqui-

1531. ad ac in primis quassa  
 ta paullo ante Christo.  
 phori armis ac miris opina pace  
 sub patronio lrs. Menori à Dor.  
 hen, Danielis à Daren senioris  
 Johannis Dreyßi, Martini ab He.  
 senborg & Signdici D. Joannis à  
 Niek, in ecclesia vero aduinctis  
 Jacobo & Anstendamo pastoribus  
 ad dero Henrico in templo  
 Seditione Anstgari, Martiac  
 quæ homi- sagittario in D. N.  
 num opini- phani, Gerardo Ch.  
 oni major nabrugensi in S.  
 & atrocior. Remberti & Henr.  
 mano Coco in S. Michaelis pu-  
 ra religio florebat

af Quid enim tam æquum, quam ab alienata bona civitati restituere? quid tam  
necessarium, quam ab usum pontificium in ecclesia penitus tollere? Hæc primam  
seditionis faciem universus populus accendit non quidem

197

CHRONICON

b) ab archiepiscopo Hartuici  
co ante CCC LXXXI. annos  
civibus attributa

c) Nec profuere ob pascua  
viris possessionis publica or-  
tis viris sui docu, va  
menta, cum populus Hartuici  
autoritatem in super defide-  
raret.  
est.

Rudolphū  
à Barde-  
vuisch com-  
mendatorē

æqvitatē, & certatum est nō religio-  
nis prætextu, sed ob pascua publica,  
quorum campos plurimum à civi-  
um usibus ab alienatos à privatis  
hominibus & Sacerdotibus teneri,  
tanquam propria & hæreditaria bo-  
na, cives querebantur.

Cum per totam hyemem ad  
Majum usque in civitate de pascuis  
disceptatum esset, tunc incompo-  
situm vulgus in innocentem virum  
Rudolphum à Bardevuisch, nobi-  
lem & commendatorem sævit, qui  
literas præsertim Hartuici Archie-  
piscopi, quibus jura recuperando-  
rum camporum defendi, ac confir-  
mari possent, penes se habere dice-  
retur: Cum itaque in curiam voca-  
tus non compareret, in ædibus suis  
ultrò petitus in fastigium templi  
profugit. Syndicus & Senatores ali-  
quot

quot multitudinem furentem, Rudolphum spontè dedentem se vita, & bonis non spoliari, sed in custodiam dari, & jure adversus eum procedi frustra petunt. Nam à quibusdam *cives trucidant.* sub tectum templi penetrantibus, concitato in arma populo cum quatuor ministris opprimitur. Insultatū quoque; mortis reliquias, & illud inculpativiri & quorundā ejus ministrorū cadavera tecto tēpli pforato in cœmiteriū dejecta sunt. *um est.* Inde curiā illius ingressi cives omnia cōclavia, & arcas perfringunt ac diripiunt, totāque; noctem, veluti re benè gesta potādo *ejus ades spoliant.* consumunt: Manè duos latronū præcipuos à Senatu quidem comprehēso, & in carcerē deductos minis liberant, communi consilio omnia perpetrata fuisse, nec quenquam præ *latrones in carcerem deductos liberant.* cæteris eximi, aut reum haberi

oportere, professi. Eadem die Canonicis etiam denunciant, ut spontè campos pascuis adjacentes cedant: finem enim se huic controversiæ tandem imponi velle: Cedunt Canonici interventu Senatus tantisper, donec jure, vel amicè causa componatur.

*Et à Canonicis camporum restitutionem desiderant,*

*Atq;*

Atq; deinde de concordia cæptum, concessumq; in conditiones, ut ex plebe quadraginta viri, ne toties universum populum convenire opus esset, ad causam de pascuis tractandam deligerentur, qui paulatim fines mandati excedentes, plura non necessaria moverunt. <sup>a/</sup>

*xletia viri*

*a/ In his seditiis, multis non necessariis autores fuisse, movent, convenit.*

*Atq;*

*b/ obedientiam archiepiscopo debitam ad*  
*erga*

Interea Henricus dux Brunsvicensis in conventu ordinum Diocesis 18 Augusti, Basdali quadraginta viros ad æquitatem & justitiam, & canonicos in possessione camporum,

rum & pascuorum non turbandos frustra hortatur. Mense Novembri cives collegium canonicorum in curiam vocari contendunt. Senatus autem citare jurisdictioni suæ non subiectos recusat. Idcirco quadraginta viri seniore[m] absente Decano adeunt, & capitulum conyocari flagitant. Admissi x Novemb. petunt, ut documenta de campis, & pascuis suis, civium campo finitimis, videntur, & legenda civibus exhibeant, atque plebi sua restituant: Sin minus commendatoris fatum eos manere. Canonici minis territi, cū re deliberata se benignè responsuros dixissent, statim ex urbe discedunt. Senatus etiam, & Ecclesiæ ministri, & mercatorum seniores, & nautæ offensi, palàm displicere sibi hęc 40 virorum petulantiam ostendunt.

*Canonicos  
in curiam  
vocari con-  
tendunt,*

*capitulum  
adeunt*

*& documē-  
ta de cam-  
pis suis ex-  
hiberi vo-  
lunt.*

*Canonici  
verò urbe  
discedunt.*

*Drusel fuffit ut abru die t'p'or.  
 tu bon e regione au bis  
 impositum t'ruin krefftin  
 d. f'causa p. n. ob. c. 11.*

*Sponsa, ca-  
 stellum ex-  
 oritur.*

Eodem anno extructum est castel-  
 lum e regione portæ, quæ pontis ap-  
 pellatur, ultra Visurgim, sine tecto  
quidem, sed aggere, fossaq; validè  
obvallatum, cui Sponsæ nomen,  
ideò quod urbem sibi devotam in-  
star sponsi habeat, impositum.

Perum illi

*Porro sedi-  
 tiosi abroga-  
 tis xli v  
 viris*

*Senatum  
 ad confir-  
 mationem  
 civ virorū  
 cogunt*

Seditiosi in urbe postridiè Ka-  
 lend. Ianuarii, additis etiam numero  
 LXIV civibus, qui non tantum de  
 pascuis, sed in universum de omnib.  
 negotiis ad publicam urbis utilita-  
 tem pertinentibus, cum Senatu sta-  
 tuerent. Cum tot tantisque ludi-  
 briis, & minis exultarent impunè,  
 confirmandæ CIV Virorum pote-  
 stati adeò incubuere, ut Senatum  
 quoq; cogere ad subscriptionem  
 & confirmationem, quæ fit per si-  
 gillum senatus. Inde collegii merca-  
 torum seniores in ordinem reda-  
 ctos,

Etos æquali cum cæteris civibus auctoritate in Republ. versari, & quæ custodiebant collegii sui vasa argentea, literas, domum, & alia tradere compellunt, negotiantibus modum frumenti, & mercium evendarum præscribunt, cistas communes, in quas omnes civitates reditus colligi volebant, instituunt.

mercatoribus modum exercendorum commerciorum præscribunt.

Nobiles Diœcesis interim compositionem dissidiorum moliuntur, quam centū Viri audacter recusant.

Et omnem a) Senatui non modo dissidiorum domum censet illud compositio - agendum, verum etiam audentiam diffundit, iter recusantem monstrat pericula sane tam ab imperio, cum contra pacificationem Scia-

Postea cæremonias pontificias in templo cathedrali abrogari volunt, nec quiescunt, quoad impetrarent, ut dominica Palmarū Iacobus Præpositus ecclesiæ superintendens in templum induceretur, libri canonicorum clauderentur ac cæremonia intermitterentur. Sic missæ & Pontificii ritus intermissi in hodiernum usq; diem non sunt restituti. Sab-

ardianam egerit, quam ab archiepiscopo & duce Fratre Centum de Henrico, cum se inde viri in hoc templo, nec cæremonias iurisdictione, nec pontificias septem aliquid consilii abolent, huc de sit. Civium orator respondit primo Senatui pusillanimitatem & languorem in verbo Dei promovendo accusat, institutum deinde

hoc illi virorum pium esse disputat. Tandem Senatus tempori cedere & civium concilio assentiri cogitur. Itaque

b) chorum ingressi

c) ac deinceps selesant

d) suar

e) sacrificiis, mandant

*à senatu de  
cauponis &  
adificiis pa-  
scuis conti-  
guis*

*destruendis  
contendunt*

*Cum itaq;  
senatus*

*virorum  
petulantia  
& iniquas  
postulatio-  
nes*

Sabbatho post pascha centum vi-  
ri, ut domus & cauponæ & alia extra  
urbem ædificia pascuis contigua  
destruantur, limites à civibus præ-  
scripti definiantur, & reditus ex cam-  
pis & agris alienatis, in commune  
ærarium referantur, populi nomine  
incipiunt postulare, poscere, ac mi-  
nari. Senatus respondet, se minimè  
consentire posse, ut cuiquam, quod  
suum esset, aut quod tranq̄ villa pos-  
sessione teneret, ante cognitionem  
causæ, & juris processum legitimū  
eriperetur. Centum viri autem ex  
Senatu quærent, utrum ferre possit,  
ut civi viri salvo cujusq̄ve jure pa-  
scua & campos statim occupent, &  
in reipubl. usus convertant? an verò  
senatus suo nomine denunciare ve-  
lit, ut intra diem certum quilibet  
possessionis suæ documentum pro-  
du-

ducat; non obtemperans autem, post illum diem non amplius audiat, & bonis careat? Tertio si quid inde damni, aut periculi existat, an senatus eandem cum populo sortem subire velit? Senatus respondet, hæc omni juri divino & humano, omni æquitati, suis juramentis & obligationibus scriptis adversari: nec se ulterius causam tuendam nisi jure & amica transactione suscepisse. Intra has juris, & æquitatis metas si se contineant cives senatum eis conjunctissimum fore: vim verò injustam se justitiæ custodem nec approbare, nec juvare vellet. Itaque orare cives, ne ea petant, quæ nisi perjuriòse & sceleratè præstari non possint.

*omni juri  
& æquitati  
adversan-  
tes*

*minimè ap-  
probare pos-  
set,*

His auditis centum viri frementes & indignabundi ex curia discedunt.

Z

Po-

*noctu Bedekeresam discedit,*

*& per liberi  
ores literas  
populum  
turbida se-  
ditione fu-  
rentem*

*sedat & a  
rebellionē  
avertit.*

*Hinc revo-  
cati Coss. &  
senatores*

Postridiè cum intelligerent confu-  
les hoc ab illis agi, ut coacta plebe  
furente senatus ad approbationem  
compellatur, circa vesperam cum  
quibusdam senatoribus Bedekeres-  
sam discedunt. Hinc missis ad singu-  
las urbis parochias literis discessus  
sui causas exponunt primùm, mox  
populum & hortari & orare, & jam  
liberiùs accusare & monere, ut re-  
motis seditionũ ducib. publicã pa-  
trię salutem & tranquillitatẽ restitua-  
nt, non desistunt. Ille cum ab eccle-  
się ministris & pastoribus, qui jã to-  
to biennio seditiosorum molitio-  
nes publicè taxaverant, in singula-  
rũ parochiarum conventibus lege-  
rentur, auertunt plurimorum ciui-  
um animos à rebellionē.

Tandem decretum de reuocan-  
dis Coss. & senatoribus, & abolendo

CIV virorum antisenatu factum est. antisenatu  
CIV virorū  
delent.  
 Reversi igitur exacto mense sextili  
 Cols. & senatus collectis secretò o-  
 ptimis civibus, aliisq; armatis, tres seditionis  
duces in  
vincula cō-  
jiciunt.  
 seditionis duces in vincula conjici-  
 unt.

Centumviri præter paucos, qui  
 postea temeritatis suæ pœnas capi-  
 te persolvunt, aufugiunt. Ex illis u-  
 unus & viginti latrocinii in com-  
 mendatorem admissi, paulò post Centumvi-  
ros in perpe-  
tuum urbe  
excludunt.  
 accusati, in perpetuum ex urbe  
 excluduntur. Talem seditio illa  
 triennalis habuit exitum, certa-  
qve formula perpetuæ gubernatio-  
nis Republicæ, qva abusus à CIV  
viris inveci, damnantur, & pristina  
Senatus autoritas stabilitur (no-  
 vam concordiam vulgò appellant)  
conscripita, publice qve ab omni-  
bis approbata, & ex singulis

parochiis 4 cives delecti sunt, qui à vicinis principibus, & civitatibus peterent formulam æternæ fidei, & testimonii loco obsignari.

*Restituta se-  
natui debi-  
ta autori-  
ta*

Restituta senatui debita autori-  
tate Canonici & sua sibi restitui pe-  
tunt. Reversionem quidem in ur-  
bem ad pristinas dignitates, bona, &  
reditus, quos in urbe habebant, om-  
nes, senatus prolixè ipsis concedit,  
& defensionem adversus injurias  
promittit, sed missas, & cæremonias  
solitas non item. Et licet diu vehe-  
menter <sup>a)</sup> instarent, tamen <sup>b)</sup> senatus  
missæ, ac cæremoniarum cum ver-  
bo Dei pugnantium instaurationem  
se bona conscientia permittere non  
posse ostendit.

*Canonici*

*a) et imperiosa*

*b) in reversione electoris hano-*

*niæ Johannis Smilensis  
et ducis Luneburgici Er.*

*nesti aliorumq; protestanti-  
um impetratum*

*est, et suæ securitatis ra-  
tionem habentes cæremoni-*

*1553.*

Sequenti anno interventu quo-  
rundam militarium, & legatorum  
Stadensium ac Buxtehudensium

con-

controversia capituli, & civitatis, his legibus transacta est, ut lis in Camera de pascuis instituta tolleretur:

Canonici omissio pontificiæ Religionis exercitio, in cæteris suo jure & statu, donec libero concilio, vel imperii decreto quid aliud statuatur,

uterentur, atque vicissim ab ipsis civitas urgente bellorum necessitate,

auxilia, & certum æquorum numerum, prout partes pacturæ, expectaret.

Tum canonici solenni nobilium comitatu, ac pompa 40 equitibus nomine Senatus propè Harstetum excepti in urbē revertuntur.

Eodem anno, cum civitas diu multumque contra Archiepiscopum disceptasset, seditiosis, qui ex urbe profugissent, ab Archiepiscopo contra jus & fas securitatem permissi, ille tandem senatui assensus

*interventum arum instantio, militarium*

*Stadensium rem aliquantisper & Buxobudensium*

*quiescere sineerit donec per generalem Synodum*

*hæc religionis conditio fieri componeretur. Ita anno*

*M.D.LXXXII' exeunte archie-*

*piscopus solenni pompa ur-*

*bem ingredienti, privilegior*

*ac immunitatis urbis omni-*

*bus, ab antecessoribus con-*

*in urbem re cecis, confirma-*

*cipiuntur. his, senatus & ci-*

*ves iuramentum solitum*

*præstant.*

*f. di. folgunda p. 10.*

*Archiepi-*

*scopus etiã*

*seditiosis*

*profugis se-*

*curitatem*

*renuntiat.*

est, & profugis securitatem omnem renuntiavit.

Bellum quoq; quod inter civitatem, & Orientalis Frisiae comites parari videbat, amica transactione intercipit.

1534.

*Et cum civitate pacificatur.*

Sequenti anno omnia controversia inter Archiepiscopum, & civitatem composita, Amnestia firmata, & causa religionis, rerumque omnium ex ea dependentium, ad liberum generale concilium, quod sequeretur, remissa, eoq; Archiepiscopus in argumentum firmæ pacis ac concordiaē solenni pompa urbem ingressus & honorificè acceptus, atque dimissus est.

Eodemq; anno Archiepiscopus unâ cum Episcopo Monasteriensi, Duce Luneburgensi, Comitibus de Oldenburg & Hoya / militaribus

Di-

Diocesis & civitatibus Lubeca,  
Hamburgo, Lunæburgo, Stada &  
Buxtehuda, novam illam concor-  
diam inter Senatum & cives ini-  
tam, cujus antementio facta est, ob-  
signarunt.

Post id tempus, quo Brema, etiam  
 Lubeca per Georgium Vuollenvue-  
berum Cum post  
 hac Lubeca  
 intestinis  
 motibus consulem, & Marcum Mauer  
intestinis motibus & bello insuper  
Danico & Holsatio concussa fuit. /c  
Vuollenvueberus vacatione aliquot  
Senatoribus data, & novis suo arbi-  
trio electis, Senatum mutavit: Et  
cum in Dania post Friderici, succes-  
oris Christierni obitum de admi-  
nistratone regni inter Episcopos  
atque civitates & paulatim Chri-  
stianum III tunc Holsatiæ Ducem,  
Friderici filium, contentio sub-  
orta esset, Lubecam etiam bello,  
 quod

& Danicis  
 bellis con-  
 cussa

quod contra regnum Daniæ, Ducē  
Holsatiæ & Suecum gerebatur, im-  
 plicavit: Donec communitas tristi-  
oribus malis Rempubicam obruī,  
 & privatorum etiam facultates im-  
mensis belli sumptibus exhauriri  
 cernens, veterem senatum Rei-  
publicæ restitui flagitaret, & pacem  
 se expetere assiduis clamoribus o-  
stenderet: Cum igitur restituto se-  
natu veteri, & remoto à gubernatio-  
ne Vuolleuebero, & 60 civium se-  
natu aboliō, Christianus quoque  
Daniæ Rex electus, bello, cujus jam  
 in tertium terè annum impenas, &  
sumptus ingentes sustinuerat, levari  
cupiens, pacem dignitati nihil o fi-  
cientem expeteret, Iohannes Fride-  
ricus Dux Saxonie Electō, Philip-  
pus Landgravius Hassie & civitates  
Brema, Hamburgum, Magdebur-

ga

*Veterem se-  
 natum jam  
 ante de di-  
 gnitatis gra-  
 du demotū  
 restitui.*

*& Dania  
 Rex deponi  
 bellum,*

*contenderēt  
 1536.*

ga & Brunsviga, utriq; parti, religionis & aliorum fœderum vinculis conjuncti, per legatos Hamburgum missos bellum inter Regem & Lubecenses componunt, ac veterem inter Daniæ regnū, & Hanfæ Teutonicæ civitates pacem & amicitiam instaurant.

*unà cum aliis principum & civitatum legatis, & Brema pacem inter certantes conciliat.*

Eodem anno cum inter se Dux & civitas Lunenburgensis dissiderent, Brema unà cum cæteris fœderatis civitatibus per Legatos reconciliationem tentavit, sed frustra.

Cum concilium religiosum, præfertim de cæremoniis, Schmalcaldiam indictum esset, Bremenses eò politicos & Theologum unum ablegarunt.

1537.

Et novum Mercatorum Andrium ædificari ad forum cœpit.

a) Bellum deinde inter civitatem Bremensem &

4) Eodem quoque anno Baldafarus

*m. m.*

*6) gestum anno M*

*D. CCC. VII. cum Balda*

*1537. dasopus na.*

*ueni h. impetate sem gestum,*

*ad lectus suum civitatem directis*

*mentibus ac hominibus captis*

*reddere recuset.*

Bellum de-

inde inter

Civitatem

Balda-

rum Esen-

sem gestum,

directis

mentibus

ac hominibus

captis

reddere

recuset.

cum Balda

sarus Bre-

mensium

naves diri-

piens

arbitros re-

cusaret,

munera à

Bremensib.

ultrò appe-

teret,

rus Dominus in Esens & Vuitmūd̄t,

civitatem novis injuriis ad bellum

provocavit, quod naves ejus diri-

peret: & licet Bremenses, uti ante

decennium, inter eos transactum

fuerat, rem ad arbitros deferri pete-

rent, Baldafarus tamen non modò

restitutionem (quia jam ante trans-

actionis violatæ Bremenses, multa

inferens, falsò accusabat) & arbi-

tros, aut Archiepiscopum, aut Ca-

meram Imperialem, aut Saxonie E-

lectorem, aut Carolum Geldriae Du-

cem, cujus cliens erat, recusaret, ve-

rùm etiam munus, quo Bremenses

reverentiam erga ipsum declara-

rent, ultrò appeteret, Bremenses

autem pecuniam ei, à quo tanta in-

juria affecti, insuper donare nol-

lent.

*lit*

*nolent.*

lent. Inde paucis diebus pòst per ministros navem Bremensium norico pisce oneratam unà cum hominibus Esenam duci jubet. Quamobrem Bremenses tres naves Esenses, Zythum Hamburgense vehementes, in Albis ostio intercipiunt, Camerae judicum opem, & mandata implorant, & Caroli Ducis auctoritate Baldasarum ad æqvritatem, & restituenda ablata flecti postulant. Verùm ille durior etiam bellum minatur, nisi Baldasarum pro debito Bremenses placatum reddant, ostenditqve, si ipsemet imbecillior sit, tum se Galliarum Regis & Lotharingæ Ducis auxilia conjuncturum esse.

*Bremenses  
Esensium  
naves interciperent.*

*a) Sed non quidem Caro.  
& Carolus 1508 li. minal  
etiam Gel-dria Dux bellum vero non  
bellum minaretur. item.*

Christiano quoq; Holsatiæ Duci,

Aa 2

cum

cum is in Regem Daniæ inaugura-  
retur, civitas per legatum de inau-  
guratione muneribus oblati gratu-  
lata est.

1538.

*Bremenses  
nihilomi-  
nus classem  
contra Bal-  
dassarum ex-  
pediunt,*

Bremenses interea naves belli-  
cas aduersus Baldassarum expediunt,  
& Caroli Geldri minaces literas ad  
Electorem Saxonæ, Ernestum Lu-  
neburgensem, cujus soror in matri-  
monio Geldri vivebat, & Hesso-  
rum principem, cæterosque fœde-  
ris Smalcaldici socios mittunt: qui  
missis ad Carolum legatis se inter-  
cessuros ostendunt: intercedunt  
ipsi, unà cum Carolo, paulò ante-  
quam is rebus humanis eximeret-  
tur, & per legatos Vuildeshusium  
missos, eò rem deducunt, ut capti-  
vi utrinque dimittantur, & de cæ-  
teris controversiis, & damnorum  
compensatione intra trimestre tres  
utrin-

*& cum stu-  
dio legato-  
rum electo-  
ris Sax. &  
Hessi capti-  
vis utrinque  
emissa*

utrinque delecti arbitri integrè tra-  
figant.

<sup>a)</sup> Sed cum Baldasarus initarum  
induciarum pacta non servaret, ci-  
vitas nova suorum civium classe  
expedita, duas Baldasari pirati-  
cas naves, quibus Franciscus Boe-  
mus præerat, cum octoginta quin-  
que militibus, & piratis nobilibus  
capiunt, Bremam ducunt, & de 80  
illorum supplicium capitis una die  
sumunt.

Cæterùm Baldasarum hostem  
à Cameræ judicio proscriptum pe-  
nitus opprimere, & delere cupien-  
tes, à Cameræ judicio impetrant,  
ut proscriptionis executio, unà  
secum, episcopo Monasteriensi, Lu-  
neburgensi & Clivenfi ducibus, co-  
mitibus de Oldenburg & Osfriesland/

Aa 3

&amp;

induciarum  
initiarum

pacta non  
servaret,

legatorum electoris,

1539. non principis

foederatorum, captivis utrinque  
emissis induciarum initarum  
pacta non servaret anno se.

Baldasari  
naves capi-  
unt

1539. renti equi  
diti suorum civium classe

& 80 mili-  
tes seu pirati-

cas capite  
plectunt:

Inde pro-  
scriptionis  
executores  
constituti

& Hamburgensibus demandare-  
tur.

1540.

ae .. ae

atque Baldafaro quidem  
linguine conuncta, sed ob  
inurias & hostiles impres-  
siones aduersissima erat, au-  
xilium petenti

victis hosti-  
um copiis,

b. supplicium latum

sanem Dago Jeverensis,

Baldafaro  
in Efenam  
compulso,

Cum verò illi segnius agerent,  
Maria Domina Jeverensi, quæ id  
per nobilem Legatum suum Edo-  
nem Boyings, Capitaneum in  
Goedens, petebat, in belli societa-  
tem admissa, Bremen decem ve-  
xilla militum, Ducibus Theodoro  
Hoyers consule, Meinardo vom  
Hamme, & Cunrado Penning, &  
Johanne à Seggerden Equitum Ma-  
gistro, in Frisiam Baldafaro subje-  
ctam mittunt: Victis igitur hosti-  
um copiis & in oppida Efens, &  
Vuitmundum compulsis, Edo  
Vuithmundum, Efenam verò, in  
qua se Baldafarus continebat, Bre-  
menses 9. Octobr. obsident. Tunc  
non tam viris, quàm cum ipso oppi-  
do

do pugnatum est, sed planè magno  
 eventu: Quippe illa obsidione pe-  
 riculum hujus belli finitum, oppi-  
 dum immixtis ignitis globis in ci-  
 neres redactum est, & imparem  
 Baldasarum, ægrumq̃ve rerum te-  
 merè motarum, & ab omnibus de-  
 fertum matura, ut in tali disci-  
 mine, mors abstulit. Nihilomi-  
nus qui in præsidio erant, Arces E-  
fenam & Vvithmundam tueban-  
tur. Interea Edo Dux Jeverensis  
ad Vvithmundam tormenti ictu in-  
terfectus est. Cum verò obsidio  
magna contentione, & præsidarii  
continuis mandatis Cæsareis se-  
verè urgerentur, facta deditio  
est.

†  
 & Deo  
 naturaq̃  
 concedente,

dicionem  
 ejus oc-  
 cupant,

Sed statim Philippus Hassiæ  
Landtgravius pro cliente suo,  
 Bal-

*Senatus itaq; ditione Esens, Wittmunda & Stededorff potitur, illam Joanni comiti Rethbergensi, cui feudum concessit. Verum post octidam à Carolo V. Gallicarum dominium ditionis illius etiam mutatum est: nec Bremani cum potentissimo Imperatore sibi contentandam de eo iudicant.*

*Joanni Rethbergensi comiti in feudum dant,*

Baldasari ex sorore Nepote, Johanne Rethbergensi Comite, intercessit, cui Senatus Bremensis, cum Mariæ Jeverensi 12000 aureos Embdanos exolvisset (fefellerunt enim Chytræum, qui quinquaginta millia Rhenensium ei suggesserunt) universam ditionem Esens, Stededorff, & Vuithmunde, in feudum dedit: Tabulas de eo factas Carolus V. Cæsar eodem anno millesimo quingentesimo quadragesimo confirmavit, & Hero à Vuerthumb Comitibus, ejusque (quod nondum adolevisset) matris nomine, Senatui fidelitatem juravit.

1541.

Senatus Rethbergensem per duos Senatores in possessionem ditionum Esens & Vuithmunde misit.

Eodem

Eodem anno cum Theodorus  
Vasner & Theodorus von Mandels-  
lo ad comitia Ratisbonensia able-  
gati essent, impetrarunt illi à Cæsa-  
re Carolo V pro civitate multa ac  
diversa privilegia, ad gubernatio-  
nem civitatis, ejusque præfectura-  
rum, ad administrationem justi-  
tiæ, jus appellationum, fluvii Vi-  
furgis, liberæ navigationis, empo-  
rii, piscationum, & ad jus cudendæ  
monetæ, atque teloniorum perti-  
nentia.

*Et multa ac  
 diversa à  
 Carolo V.  
 imperatore  
 privilegia  
 impetrant.*

Obtinuerunt quoque, ut cæsar  
interdiceret Archiepiscopo, & vici-  
nis comitibus, ne manus in bona  
templorum, civitatis aut cœnobio-  
rum Nevenualdensis, & Paulini  
injicerent.

Anno igitur sequenti in Præ-  
torio ad cives Senatus retulit,

1542.

Bb

de

de privilegiis à Cæsare impetra-  
tis.

1543.

Anno dein 1543 Gustavus Sue-  
corum Rex Bremensibus liberrimo-  
rum commerciorum usum in suo  
regno, immunitatesque & privile-  
gia liberaliter obtulit.

1545.

Iam ab anno 1539 milites per  
Saxoniam confluebant, inprimis  
verò hoc anno per Principis Lune-  
burgici, & civitatis Bremensis a-  
grum, eratque satis occultum, cu-  
jus id auspiciis fieret. Tandem co-  
gnitum est, copias esse Henrici Brū-  
tyicensis, & ejus fratris Archiepi-  
scopi.

*Bello Ger-*  
*manico*  
*suborto*

Magnus & vix unquam antè  
gravior belli metus usque adè de-  
sperata pace sub id tempus Germa-  
niam invaserat, ut nemo esset, qui  
non maximè timendum putaret, ne  
im-

imperatore Carolo classicum canente, concursuris ad arma Protestantibus, omnia cæde, incendiis, ac rapinis turbarentur, & miscerentur.

Cæsar verò, ut Protestantium auxilia distraheret, societatemqve universam convelleret, publicè in Imperium spargebat, armis suis non religionem, sed contumaces tantùm Principes quosdam peti.

Quod cum Duces protestantium, Saxonix Elector & Landgravius animadvertent, metuerentq; ne Protestantes principes Bremenses Bremenses à communibus auxiliis se abduci parerentur, quod Cæsar ingentes copias in Belgio cogebat, qvæ inferiorem Saxoniam & Vuestphaliam invadere velle videbantur, 1546. è castris, qvæ tum Tunavuerdam promoverant, monuerunt, &

à castris  
monent.

rogarunt sollicitè Bremenses, ne  
cæsaris assertioni, quod ea facto  
ipsi repugnaret, & Pontifex literis  
suis contrarium Helvetiis denun-  
ciasset, temerè fidem haberent: De  
Belgicis verò copiis quod sibi con-  
staret, eos non Visurgim, sed Rhe-  
num petere, securi essent.

Dissipatis enim

is  
a) eorumque de-  
cibus

Quibus  
dissipatis,

Quam facilè autem dissipati  
sint foederis Smalcaldici socii, & &  
minus rectè de copiis Cæsaris judi-  
cârint, Bremenses magno suo ma-  
lo post paucos menses experti sunt.  
Nam Ducibus foederis Smalcaldici  
Electore & Landtgravio in Saxonîa  
& Hessiam reversis Cæsar / Iodo-  
cum Baronem à Croning Selan-  
diæ Belgicæ præfectum, è Ca-  
stris in Vuestphaliam & Saxoniam  
inferiorem, electoris socios & ami-  
cos

domum

a) imperator disjungere ab  
eis civitates Saxoniarum  
& peculiaris bel. in Belgia  
6) distineret, ne præfectus  
electori opem ferre pos-  
sent, de crevit. Itaq;

cos debellatum mittit. Is subacta  
 Vuestphalia Christophori Archi-  
 episcopi instinctu, accepto Mindæ  
 non exiguo tormentorum appara-  
 tu, anno 1547 XIX Februari per  
 Rheten, Luneburgicæ ditionis ca-  
 stellum, in agrum Bremensem du-  
 ctus in præfectura Hollerlandia o-  
mnia diripit. Seqventi die urbem  
præteriens, in præfecturam Vuer-  
derlandicam transit, in pagos  
Schvuachusen & Hornam irruit,  
campanas è turribus aufert, orga-  
na destruit, & villis tribus incensis  
uno infra urbem miliari castra-  
locat, ostentans XVIII vexilla mili-  
tum, & Equites quingentos. Ho-  
 stis in agris civitatis in tactū nihil re-  
 linquebat: At cives quotidiè excur-  
rebant, manus cum hoste confere-  
bant, & hac die decem pedites, po-

1547

*a) Burg h vicinis pagis  
 uno infra urbem miliari  
 castra locat, pontem è na  
 præfecturas vicinis confectum  
 urbis diripit, h & largo præsi-  
 pit, huc firmatum h & h  
 imponit, quadragesima die  
 mensium naue onerarias  
 hyberno tempore intra por-  
 tū tandem tum reductas in  
 infra urbe castris  
 castrame-  
 ratur.*

stridie totidem equites & nobilem Mindensem & alios captivos adducebant, spolia referebant.

*Adven-  
tant etiam  
legati*

Sub mensem Martium Bremam venit Christophorus Comes Oldenburgensis cum triginta equitibus, ab Electore Saxoniae ablegatus: Et legati Episcopi Monasteriensis Senatum ad colloquium evocarunt, ut cum hoste transigeret. Idem suadebant Legati Iohannis Retbergensis, Domini in Esens / beneficiarii civitatis, sed qui eo tempore ingratitude suam declarabat, non solum subsidia feudi sui dominis non submittens, sed damna etiam plurima inferens. Consules gratiis actis legatis, nihil sibi negotii esse cum hoste, respondent. V Martii speculatoria navis

*qui civitatem ad deditionem hortabantur,*

*sed frustra.*

Bre-

Bremensis navim Mindensem in-  
terceptam ac vino, pane, armis, ce-  
revisia onustam Bremam adduxit.  
Sed & Comes Oldenburgensis  
Antonius maxima quadam Bre-  
mensium navi capta, praesidio im-  
posito, flumen infestum illis cum  
redderet, Hamburgenses Bremen-  
sibus succurrentes eam comiti faci-  
le extorserunt.

*Extorſa  
 mox ab Hã  
 burg. Ol-  
 denburgicis  
 praesidio*

Sub finem mensis cum hostis  
pontem è navibus confectum, &  
utrinque praesidiis firmatum, è re-  
gione pagi Walle / Visurgi fluv.  
impoluisset, cives manè obscuro  
caelo cum quatuor cohortibus &  
equitibus centum egressi hostes  
ad velirarem pugnam irritant, &  
in conspectu urbis manus cum ho-  
ste alacriter conferunt, atque  
 in-

*aliquot quo comine  
 pontem ha- astant importati.  
 stis onem sibi liberiore  
 reddant 20. Martii  
 Inbur*

*Bremensiu  
naves ex-  
pugnant.*

*af. Sum*

*f. et*

*Vurisber-  
gius Cro-  
ningo occi-  
so*

*xl Brem.  
navibus, &  
pagis tribus  
exustis*

interim munitionem hostis in Vi-  
furgi factam tribus navibus oppu-  
gnant: Eventus utriusque pugnae  
hic fuit, quod Bremenses munitionem  
hostis expugnarunt septem  
tormentis in urbem abductis, &  
in praelio terrestri utrinque multi,  
& inter hos Croningus pila ad ca-  
put ictus, occubuerunt Vurisbergi-  
us militare in urbem expugnan-  
dam imperium cepit. Qui cum  
in fractas Bremensium ad bellum  
& praelia vires jam saepius periclitatus  
esset, primo sequentis mensis  
quadraginta Bremensium navibus,  
& pagis Walle/ Gropling/ atque  
Osleveshusen/ exustis ad loca remo-  
tiora, tanquam tutiora se subduxit,  
maluitq; novas copias, quas per Eri-  
cu Ducem Brunsvicensiu ad viginti

novem millia equitum & peditum *castra mu-*  
cum magno maximorum tormen- *tat.*

torum numero adduci cognoverat,  
 expectare, quàm ultrò se fortunæ  
 committere. Ubi Ericus post xiv  
 dies adventabat, difficile dictu, quo  
 consilio, quâ celeritate cum illo  
 castra conjunxerit, urbemque de  
 novo obsidione cinxerit, fluvium  
 tumultuarii operis ponte straverit,  
 & Ericus visurgim in alium alve-  
 um diducere conatus fuerit, Cives  
 eruptione facta inopinantem mili-  
 tem, tam stationarium, quàm cu-  
 nicularum compresserint, neque id  
 senserint belli duces.

*ad Sed*

*urbem de  
 novo obsidi-  
 one cinxit. ruit*

*ruir*

Interea Hamburgenses obsessis  
in suppetias miserant septem naves  
bellicas omnibus rebus necessari-  
is, & 600 militibus onustas.

*Bremenses  
 autem Hã-  
 burgensium  
 copiis auxi-  
 liaribus juvat*

Atque occuparant jam Bremen-

Cc

ses

les castra Hagen & Stotel / Vurisbergius verò castrum Ottersberg.

*nec hostium  
alacritas.*

Tanta autem in urbe fuit rerum omnium vilitas, tanta in flumine piscium copia, tantaque animorum consensio, ut Deum favere causæ nemo dubitaret.

*nec Electoris  
captivitas*

Octavo Maji cum rumor de capto xxiv April. Electore Saxonix in hostium castra pervenisset, maximis tormentis lætitiæ signa dederunt, qui casus, quamvis tristissimus Bremensibus accideret, animo tamen non sunt fracti.

*terret aut  
exanimat.*

*Interea cõ-  
federatorũ  
cohortes*

Interea Electoris Saxonix, & confœderatarum civitatum cohortes auxiliariæ, Ducibus Alberto Comite in Mansfeldt / & Vuilhelmo Thomserno, urbem obsidione liberatum veniunt, quibus

bus se junxerunt Christophorus Oldenburgicus, Iohannes Mansfeldius Iohannes ab Heydeck, Ioannes Seggerden, Christianus Manteuffel, & Conradus Pfenning. De his cum Dux Ericus certior factus esset, eos ditionem suam rapinis, & incendiis vastare, ipse re prius cum Vurisbergero communicata, locoque ubi copias rursus jungerent, constituto, conclamatis vasis xxii Maji ab obsidione discessit, & vindictæ cupiditate ardens, cum pleno passu Vurisbergerum longius antegrederetur, propè Drakenburgum, biduo post, quàm castra movisset, in hostium insidias xxiii die Maji incidit.

Cum in conspectum hostis veniret, Drakenburgum, quod est oppidulum comitatus Hoyensis ad Visurgim,

*a) et interiecto, spatio  
Erici ditio- Erici ditio-  
nes vastant hostilem inua-  
dunt. Ericus ergo re cogni-  
ta, et impetum illum  
averteret*

*quum  
Ericus igitur ut agrum  
suum ab ini-  
juria defendat, ab obsi-  
dione discedit,*



*et in hostiū  
insidias in-  
cidens*

suos rediit, occupatoq̄ve colle  
Gropelsberg/ & in eo dispositis in ad-  
ventantes tormentis, aciem instru-  
xit, sperans à tergo Vurisbergerum  
hostem circumventurum. Cum a-  
ciem instructa esset, & Mansfeldius  
locum commodiorem occupasset,  
& suos ad prælium excelto animo  
ineundum hortatus, precesq̄ve fle-  
xis genibus præeuntibus Theolo-  
gis (inter quos erat D. Albertus  
Hardenberg/) factæ essent, impressio  
in hostem tanta alacritate facta est,  
ut ille statim in fugam se coniecerit,  
multi vulneribus confecti occubu-  
erint, plures flumine absorpti: Eri-  
cus ipse Visurgim trajicens victo-  
rum manus vix evasit. Superati mili-  
tes cum desperatis rebus & abjectis  
armis in fugam se conferrent, pars  
in Visurgim se conjiciunt, & multis  
qvi-

*ad Draken-  
burgum  
profigatur.*

*et illi victus vix ex  
prælio elabitur.*

quidem in undis amissis, enatando  
 in adversam ripam evadunt: pars  
 verò in ipsius fluvii ripa trucidan-  
 tur. Interea dum Ericus improspe-  
 rè pugnat, Vurisbergius calones, &  
 lixas victorum adortus opprimit,  
 currus eorum spoliat, pecuniam,  
 comeatum, omnemque castren-  
 sem supellectilem diripit, & opi-  
 mis ditatus spoliis, pfugum ilicò ad  
 Frisiam pedem refert. 4/

*Vurisbergi  
 us etiam*

*victorum  
 supellectile  
 & spoliis do-  
 tatus quin-  
 dem 4/*

*Vnde rythmi  
 Vurisbergi del. Gult  
 Vurisbergi del. Gult  
 à civibus  
 Br. impeditus*

Ex hostibus cæsi dicuntur  
2500, plures quàm mille submersi,  
2519 capti. Cives hoc rumore Bre-  
 mam perlato cum equitibus, & pe-  
 ditibus excursionem facta, Vurisber-  
 gerum persecuti sunt Ductore Ar-  
 noldo Vicken / multisque cæsis ma-  
 gnæ prædæ partem receperunt, &  
500 captos Bremam perduxerunt,  
 macilentos & fame tantum non e-  
necatos.

*magnæ  
 prædæ par-  
 tem amittis*

Præ-

*a/ Ita cesit Ericus*

235

CHRONICON

*a/* Præmium victoriæ fuit utraq;  
Diœcesis, Bremensis, & Verdenfis,  
quod Archiepiscopus Christopho-  
rus bellum conflasset. Bremenses  
itaqve belli fortuna usi Langvuede-  
lum, Ottersbergiumq; arces occu-  
pant, & Vordam, Diœcesis præci-  
puum propugnaculum iis ipsis tor-  
mentis (numero XVIII) quæ Erico  
ad Visurgim profligato capta, Bre-  
mamqve devectora fuerunt, expu-  
gnant, atqve ita contra hostes ciues  
acerrimi hostium quoqve viribus  
usi sunt. *b/*

*Premium  
utraq; victo-  
ria utraq;  
Diœcesis.*

*undeviginti*

*b/ et*

Die 28 Maji urbem comites vi-  
ctores triumphantes ingressi, Pente-  
costes festum summa hilaritate tran-  
segerunt Ambarum deinde provin-  
ciarum administratio Alberto Mās-  
feldio committitur. Is Rotenbur-  
gum accuratiùs munit, & provin-  
cias

cias immodicis sumptibus, & tri-  
 butis exhaurit, cum interea Chri-  
 stophorus recuperatis viribus amif-  
 fa repeteret. Facilior inde victoria *Archiep.*  
 fuit, cum Albertus ob avaritiam *amissa re-*  
 omnibus etiamnum invisus eslet, & *cuperat.*  
jam antè Bremenses & Christopho-  
rus Oldenburgicus cum Archiepi-  
scopo, & ipso quoque Mansfeldio de  
arcibus Diœcesis pacisci cepissent.

Anno sequenti civitas cum Ar- 1549  
chiepiscopo pacta est litem, quam is  
 civitari de Privilegiis imperialibus  
 moverat, dormituram, quoad civi-  
 tas cum Cæsare in gratiam rediisset, *& cum ci-*  
 judicemque æquiorē consecuta esset. *virate pacif-*  
*etur.*

Eodemque anno universi Di-  
 œcesis ordines cum Archiepiscopo  
 denuò bis de modo gubernationis,  
 aliisque causis ad eam pertinentib.  
 transegerunt.

Interea cum omnes civitates se Cæsari reconciliassent præter Bremam & Magdeburgum, Cæsar de illis in comitiis Augustanis anno 1550 gravem habuit querimoniam. Non erant tamen Bremenses proscripti. Principes intercedunt, & actionem sibi permitti flagitant. Cum Cæsar esset assensus, ad utramque civitatem dant literas XXI die Septemb. easque citant, ut ad alterum Novembris Augustæ sibi præstò sint, & fide publica se actioni sistant, suosque mittant legatos cum plenis mandatis & decernendi facultate. Dum illæ ad Bremenses literæ perferuntur, Principes & ordines è Cæsare perquirunt, quibus conditionibus velit cum eis pacisci. Tum has Bremensibus proponit, ut ipsius potestati sese permittant: supplices de-

1550.

*Principes  
pro Bre-  
mensibus in-  
tercedunt,*

*quibus Cæ-  
sar condi-  
ones propo-  
nit,*

deprecentur: ab omni foedere discedant, nullumq; foedus faciāt, in quo non ipse Cæsar cum tota familia comprehendatur: Camere pareant, & in eam sumptus pro virili contribuant: cum Archiepiscopo suo transigant, si non possint delectorum, quos ipse daturus, arbitrio rem permittant: cum universo etiam clero pacifcantur: tormenta erepta Duci Erico restituant, & de damno dato illi satisfaciant: ipsorum ditionis nemo contra se militet: centum quinquaginta aureorum millia dependant: viginti quatuor tormenta majora tradant instructa: pareant decreto superioris conventus, & iis, quæ jam decernentur.

Responsum Bremensium ad principum literas Octob. die xxv fuit recitatum, in iis primò quidem, quan-

*Respondent  
Bremenses*

D 2                    toperè

toperè pacem & amicitiam Cæsaris  
 semper expetiverint, demonstrant,  
 & quomodo non per internuncios  
*se excusant,* modò, sed per Daniae Regem, atque  
 Civitates etiam maritimas non se-  
 mel de pace sollicitarint, & quam du-  
 ræ sint propositæ conditiones, ex-  
 ponunt. Attamen, quo videri pos-  
 sit, quanti sit ipsis autoritas Cæsaris,  
 non se recusare dicunt, mittere le-  
 gatos, & si religio ipsis, atque libertas  
 permittatur, nihil non facere polli-  
 centur. Hoc responsum ubi Cæsar  
*& legatos  
ad Cæsarem  
mittunt:* accipit, expectandos legatos ait,  
 quia se venturos dicant.

Eodem anno agger, seu munitio  
 urbis, quæ visitur inter Abbatis &  
 Ansgarii portam, inchoata, & pau-  
 cis septimanis perfecta est.

Cum autem legati civitatis ad  
 comitia missi domum rediissent, &  
 Cæ-

Cæsaris postulata civibus essent pro-  
 posita, multiq; propter negotiatio-  
 nes suas in suscipiendo Interim va- *Interim re a*  
 cillarent, Theodorus Vasmarus ita *jiciunt,*  
 omnibus animum firmavit, ut ob-  
 latum Interim rejicerent, expecta-  
 turi, quicquid eo nomine posset ob-  
 venire.

Anno 1553 recrudescente bello *1553.*  
 inter Cæsare & Galliarum Regem,  
 Groningenses à Bremensibus soli-  
 citè petierunt, ne piratas Gallos in  
 Visurgi ferrent, sed eum ab omni di-  
 reptione vindicarent.

Nec Cæsar his tantùm, sed aliis  
 quoq; cum publicis (præterquam  
 enim, quod Magdeburgensium cõ-  
 stantia non parum illi negotii face-  
 fseret, renovatum esset, ut diximus,  
 bellum Gallicum, & Mauritii Ele-  
 ctoris Saxonix molitio cõtra ipsum

1554.

*& Casari  
demum re-  
concilian-  
tur.*

non obscura in lucem ferretur) tùm  
privatis ( ardua enim coeperat actio  
Cæsarem inter & Ferdinandum fra-  
trem de Imperii successione) disti-  
nebatur negotiis, ut Bremam anno  
1554 secum moderatioribus condi-  
tionibus in gratiam redire patere-  
tur. Nihil itaq; decerpfit de liberta-  
te, nihil de religione, sed stipulatus  
est obedientiam iudicii Camerae, &  
quæ ad ejus sustentationem ab  
Imperii statibus sustinetur, contri-  
butionem, hoc pacto & conditio-  
ne, si ad eam Civitas antiquitus fue-  
rit obligata, deniq; quod grave &  
acerbum satis est, remissionem juris  
& dominii, quod civitas habuit in  
Esens & Vuithmund, salvo tamen  
eo, ne inde civibus, eorumq; bo-  
nis naufragiorum, aut aliquo alio  
prætextu injuria inferatur.

Deinde

Deinde cum collegium cathedra-  
 le, Pontificiis cęremoniis jam valere  
 jussis, iussu Christophori comitis de  
 Oldenburgi senioris collegii, D. Al-  
 bertum Hardenbergium in Ecclesi-  
 am cathedralem introduxisset, & is  
 toti civitati de preclaris concionan-  
 di donis valdę gratus esset, exorta est  
 inter Hardenbergium & civitatis  
 Pastores contentio, hoc potissi-  
 mum nomine, quod hi indignę fer-  
 rent. Hardenbergium unā cum  
 paucis aliis improbare librum Ti-  
 manni, quem ferruginem sententia-  
 rum inscripisset. Initio de omnipre-  
 sentia CHRISTI, inde de Cœna Do-  
 mini disputari cęptum est, Pastorib.  
 in Dominica Cœna oralem perce-  
 ptionem corporis Christi propu-  
 gnantibus. Quę dissensio totam ur-  
 bem paulatim movit.

*Orta dein  
 inter Eccle-  
 sia Brem.  
 pastores*

1555.

*& Harden-  
 bergium*

*contentio  
 dissensio to-  
 tam urbem*

*mover*

*Deinde exorta inter  
 theologos & pastores  
 contentio*

Har-

8556.

Hardenbergius sententiam suam sequenti anno per capitulum senatui exhibuit, at ei non satisfecit.

Capitulum, ut publicæ tranquillitati consuleret, medium hoc proponebat, ut utraq; pars sententiam suam scripto comprehensam censura Philippī Melanchthonis, & aliorum Vuitebergenſium Theologorum subjicerent. Utriq; sua ipsorum consilia secuti Vuitebergam separatim se receperunt. At Pastoribus responſum, quod retulerunt, anno 1557 10 Ianuarij subſignarum parum placuit.

8557.

*De Archiepiscopo  
Christophoro*

Cum eodem anno Archiepiſcopus Chriſtophorus copiis ſuis, quas per Chriſtophorum à Wriſberg ad Vvurſatos in ordinem cogendos cōduxerat, ad verſus vicinorum ſubditos abuſus eſſet, Archiepiſcopi frater

ter

ter Henricus Brunsvicensis, uná cū  
Francisco Duce Saxonæ & Vuest-  
phaliæ, Bremensis, Verdensisq̄ve *ineptè res*  
provinciarum ordinibus universis *sua tractan-*  
per literas convocatis inter alia pro- *te*  
posuit, ut Christophorum fratrem  
suum ineptè & inauspicatè res suas  
tractantem ab officio removerent, *in cœnobiū*  
cœnobii alicujus septis includerent, *includendo*  
ubi procul à commercio humana-  
rum rerum sacris operandis occu-  
patus extremum vitæ traduceret,  
ipsi verò proceres, donec Christo-  
phorus mortem obiret, ad rerum  
gubernacula sederent. Ad hæc illi re *deliberatur*  
deliberata responderunt, se Archie-  
piscopum ad causam quàm primùm  
accersituros, severèq̄; admonituros  
esse, ut à malè sanis consiliis, dirisq̄;  
machinationibus abstineret, à Sa-  
cerdotiis autem, totaq̄; Episcopatu-  
 Ec um

um possessione, hoc præsertim rerū  
statu, non posse illum abdicari.

*Archiepi-  
scopus Chri-  
stophorus*

Iam ab anno 1542 in imperio re-  
ceptum erat, ut civitates Anseaticæ  
æqvè ac Nobilitas libera imperii  
per Cæsareos legatos ad aliquid in  
commune conferendum sollicitare-  
tur, id ut impediret Archiepiscopus,  
& jus collectandi civitatem sibi  
vendicaret, consilio cum aliis infe-  
rioris Saxonæ Principibus inito,  
hoc anno 1557 illi per literas apud  
Ferdinandum Regem omnem mo-  
verunt lapidem, ut legatio illa in-  
termittetur. Ferdinandus verò &  
Electores nihilominus legatos suos  
ad conventum Anseaticum mise-  
runt, auxiliaqve imperii sollicita-  
runt. Cum verò legati Principum  
de eo protestationem interpone-  
rent, Brema cæteræqve civitates,

*jus collectā  
di civitatē  
sibi vendi-  
care studet.*

*n/*

quæ

quæ eodem jure ac libertate utebantur, eas protestationes & postulata nihil ad se pertinere ostenderunt.

Anno 1558 Principes Augustanæ confessionis Frankofurti ad Mœnum commune decretum fecerunt, quomodo de cæna Dominica in suis & sociorum Ecclesiis doceri debeat: id cum ad Bremenses quoque transmissum, & à senatu magna lætitia acceptum, capituloque traditum esset, ut Hardenbergius urgeretur secundum Frankofurtensem hunc recessum docere: illo facile assentiente, Recessus erroris aliquid continere judicatus est.

Eodem anno Senatus auxilium Revalienses implorarunt, & pecunias mutuas impetrarunt, id quod sequenti anno 1560 Rigenfibus quoque obtigit.

*Bremensium  
auxilium  
Revalien-  
ses & Rigen-  
ses implo-  
rant*

1559.

Anno 1559 cum litigarent in au-  
la Cæsaris Otto Dux Luneburgen-  
sis, & civitas Stada, caulæ tracta-  
tio Archiepiscopo & Senatui civita-  
tis Bremensis demandata est.

Eodem anno Regis Daniae ma-  
trem, cum Bremam transfiret, sena-  
tus Varlegrabium usq; 40 equitibus  
conduxit.

Ut alii per literas pro cæteris  
Pastoribus, ita hoc quoq; tempore  
Christophorus Comes Oldenbur-  
gensis, & ejus soror Anna Ennonis  
Orientalis Frisiae Comitissae vidua, per  
Legatos apud senatum pro Harden-  
bergio intercedunt, ne patiat e-  
um ab adversariis opprimi, sed cau-  
sam Vuitebergensi, Lipsiensi, &  
Marpurgensi collegiis cognoscen-  
dam permittat. Sed hæc rei gerendæ  
ratio minimè placuit.

*Christopho-  
rus Olden-  
burgius pro  
Hardenber-  
gio interce-  
dit.*

Ur-

Urgetur itaque colloquium inter Hardenbergium & Heshufium, qui tum temporis in ministerii Bremensis partem fuerat vocatus, iudicibus D. Morlino Brunsviga, & Paulo ab Eitzen Hamburgo evocatis. Hardenbergius peremptoriè citatus frustra fori incompetentiam, Archiepiscopi, & capituli interdictum, iudicum præjudicium opponit. Contumaciæ igitur damnatur, & Archiepiscopus Georgius, ut Hardenbergium sine mora amoveat, sollicitatur. Cum Georgius æquissimis propositis conditionibus nihil profecisset, causa ad interioris Saxonie circulum Brunsvigæ & paulò post iterum Halberstadii congregatum delata est.

*Urgetur colloquium inter Hardenbergium & Heshufium.*

*Harderbergius contumacia damnatur.*

Anno 1561 Cum simultates Comitum Oldenburgici magis ac magis

*1561.*

augeri viderentur, intervenit per Legatos Daniae Rex: De concordia sollicitè actum, sed tandem re infecta discessum est.

Cum circuli inferioris Saxoniae status ipsi quoque operam in componenda Bremensium Theologorum controversia perdidissent, hoc anno Circulo eodem Brunsvigae iterum adhibitis Theologis, congregato Hardenbergius non tantum Brema, sed ex toto illo circulo ( citra tamen infamiam & condemnationem) intra dies quatuordecim pacis & tranquillitatis publicae causa discedere jussus est. Sed tantum aberat, ut Hardenbergii discessus tranquillitatem restitueret, ut Senatum inter se, & cum civibus Vatiniano odio committeret: cum civibus, quod in conscientias ipsorum imperium assumi vide-

a) Nam in Senatu dissen-  
sionem inter civis  
Seditionem concitat,  
cum autem populus  
Antecessimi viri vim acerbū  
Danielis a Bau. in urbe odiū  
exitavit.

videretur, cum senatu verò, quod *ren Cos. & eius consortium*  
Hardenbergii amicis, Danieli à *causa plurimum faueret,*  
Buhren Consuli, & quibusdam Se- *reliqui senatores & duo Cos.*  
natoribus quidquid in commune *Detmannus Kankel & Lude.*  
confulerent Archiepiscopus & ca- *rus Belmer, qui postea Ol-*  
pitulum, confessus negaretur. *denburgi obiit urbe profugi*

Videbantur quidem omnia *ad comites Oldenburgerse*  
composita, quando Hardenbergii *discedunt. Quamobrem da-*  
causæ studiosis sequenti anno con- *1562. nonis principis &*  
cessus indulgebatur, & cives cum *elector, archiepiscopus & ali.*  
senatu paciscebantur, ex suggesti- *i multum laboris in hac*  
bus criminationes nullas adver- *1562. re componenda an-*  
sus Hardenbergium, ejusque cau- *no MDLXII. consumunt.*  
sæ faventes auditum, & in Religio-  
ne ac sacris nihil, nisi civium volun-  
tate, innovatum, duos verò Pasto-  
res Doct. Simonem Musæum, &  
Bockheisterum dimissum iii: Hæc  
enim pactio, non tantum Senatus,  
sed & Archiepiscopi atq; ordinum  
 Dioece-

*Et licet  
 compositio  
 demum  
 facta.*

*& per Ar-  
 chiepisco-  
 pum ac  
 Dioecesis*

*ordines fir-  
mata,*

*pleriq, ta-  
men consu-  
larium ur-  
be discedūt,*

*& querimo-  
nias ultro  
citroq, ja-  
stant:*

Dioecesis sigillis post corroborata est. Sed consulares pleriqve ægrè te-  
rentes in constituenda religione &  
sacris sibi præsertim ministris, leges  
præscribi, offensos quoq; videntes  
cives cum cognatis & affinibus, &  
dissidii authoribus plerisqve mini-  
stris, discessionem ab urbe fecerunt,  
& graves de civitate querimonias  
ad circulum inferioris Saxoniae, An-  
zam Theutonicam, & ipsum Cæsarem,  
atqve imperium deferebant. Proinde nõ tantum Anza Theuto-  
nica, sed & circulus legatos (inter  
quos Ioachimus Mynsingerus von  
Grundek) in civitatem miserunt, qui  
controversiam componerent, sed  
frustrà.

Interea Archiepiscopus castrum  
Ottersberg civitati à Mansfeldico  
traditum, ea non refragante, recu-  
peravit. Qui

Qui ab urbe secesserant, cum ad officium revocati sistere se gravarentur, judiciis jam in decimanam quintam septimanam cessantibus, alii electi, qui discesserant, pro mortuis habiti, pariterq; in profugorum ministrorum locum alii cooptati, & civium juramenta renovata sunt.

*Ad officium etiam revocati se sistere gravantur.*

Eodem tempore novas querelas excitarunt militares Diœcesis indignati inter assessores judiciorum, quibus ipsis jus redditur, sedere capitulum, & civitates, eosdem verò ibi vicissim non stare juri: sed Georgius Archiepiscopus controversiam diremit.

Anno sequenti cum civitas ab adversariis, ut diximus, accusata, & communione Anzæ Theutonice rejecta esset, Cæsar verò Ferdinandus, propterea quod inter dissidentes de

1563.

*Propterea Cæsar causam ad se revocat.*

Ff

ju-

eamq; Sa-  
xoni, Bran-  
deburgio,  
Hestia Lād  
gravis &  
aliis

judice non conveniebat, causam ad se revocasset, tandemq;ve Saxoni & Brandenburgico Electoribus, Archiepiscopo Bremensi, Monasteriensi Episcopo, Duci Luneburgensi & Hassiæ Principi amica transactione sopiendam commisisset, Gossariæ presentibus Legatis Circuli causæ populi non satis æqui causa disputata, & reconciliatio tentata: Sed cum nova consularium electio mutari non posset, re infecta discessum est.

In Comitibus Augustanis Archiepiscopus per Ottonem à During Canonicum, & Hieronymum Delgarten causam ad se remitti frustra petiit.

1564.

Domus Theutonicæ Mariæ cum omnib. bonis & pertinentiis hactenus à commendatoribus possessis, in dominium civitatis pervenit.

Hoc

Hoc anno, quo etiam in urbe gravissimum contagium sæviit, Auguste in Comitibus Imperii, inter eos, qui ex urbe secesserant, & Populum gravissimè disputatum, tandemque causa antè deputatis commissariis Maximiliani Cæsaris, & communi Electorum decreto commendata est. 1566.  
*sopendam  
committit.*

Haftenus in iudicio Camerae de arce Bederkesa, contra Duces Saxoniae & Vuestphaliae litigatum fuerat: Sed hoc anno Dux Franciscus, à lite discessit. Idque Maximilianus Cæsar confirmavit. 1567.

Eodem anno Antonius Comes Oldenburgensis, ad ripam Visurgis in terræ Vuurden parochia Destorphensi novum fortalitium moliri creditus fuit: At cū id ei Cæ-

far Bremensium rogatu interdiceret, facile destitit à suscepta sententia. Interim cum etiam Anza Theutonica animum ad componendum adjiceret, Hamburgensibusq̄ve, & D. Sudermanno Syndico Anseatico in mandatis dedisset, ut dissidentium voluntates explorarent, tandem controversia per commissarios Cæsaris, collegio Bremensi in locum defuncti Archiepiscopi suffecto, Verdæ, utriusq̄ve partis honore, eorum verò, qui ad Reipublicæ gubernationem assumpti erant, statu, religione deniq̄ve salva, composita atq; transacta est.

1568.

*Dissidia inter civitatē & Antoniū Com. Oldenburgensem.*

Vix hæc sopita sunt, quando de piscationibus, teloniis, naufragiis, insulis in Visurgi natis, & id genus aliis, dissidia civitatis & Antoni Comitis de Oldenburg indies auge-

augescebant : compositionem frustra tentarunt hoc anno Guntherus Comes à Schvartzburg, Ludolphus à Varendorff, summus Præpositus, D. Joachimus Hincke Decanus Bremensis & Georgius ab Hol- la.

1569.

Cum inter se controverterentur Christophorus ab Ermandern nobilis Livo & Johannes à Monchauen, Episcopus quondam in Osel & Churlandt, Maximilianus Cæsar Eberhardo Episcopo Verdensi, & Senatui Bremensi, causam amicè componendam aut jure definiendam commendavit.

Eodem anno, cum Otto Comes de Schaumburg, à Maximiliano Cæsare permissionem novi telonii in oppido Aldendorff peteret, Cæsar Bremensibus & Johanni Episcopo

*Novum telonium in*

*oppido Oledendorff.*

Monasteriensi, Osnabrugensi & Paderbornensi mandavit, pontem & locum universum per suos inspicerent, & de commodis, atq; incommodis, quæ sibi, aliisque vicinis ex novo telonio obvenire possent, referrent.

1575.

*Vursati agrum Bederkossanum opibus spoli-  
ant.*

Controversia orta erat inter Vursatos & Civitatem, quod illi in agro Bederkossano cæspites fodiendi, & alia jura sibi arrogarent, atque per vim occuparent: Ubi eos Senatus captis pignoribus reprimere studuit, illi irruptione in agrum Bederkossanum facta, multorum edes, atque facultates diripuerunt, virosque pariter ac foeminas percusserunt, atque vulnerarunt: Quæ petulãtia post sæpius repetita, iudicio vindicatur.

*Bremenses intestini dissidii causa, quod*

Etsi anno 1568 intestinum dissidium, quod in urbe Theologorum cõ-  
ten-

tentio excitârat, Cæsaris mandatu contentio  
excitârats  
ab Electorum Principumq; legatis  
Verde compositum, & Anzæ Theu-  
tonicæ decretum, qvo civitatem ex-  
cōmunicârat, à Ferdinando & Ma- à communi  
one Anzæ  
Theutonica  
ejectis  
ximiliano Cæsarib. expressim rescif-  
sum erat, Anza tamen existimavit  
id sibi legem non posse imponere,  
nec Bremenses communi societatis  
& privilegiorum juri restituere, nisi  
sibi ab illis certa deprecationis for-  
ma satisfaceret. Cum Bremenses id re- absq; omni  
deprecatio-  
ne & culpa  
agnitione  
cusarent, transactione inita, & im-  
peratorū decretis freti, ab anno in-  
primis 1572 in conventib. Anseaticis  
& aula Cæsaris, hac de re disputatum  
est, donec an. 1576 amicè trāsigeretur 1576.  
& Bremenses absq; omni deprecatio- recipiuntur.  
ne & culpæ agnitione reciperentur.  
Hoc quoq; anno senatus Bremen-  
sis Revaliensibus, cum eos Moschus  
 bel-

*Revaliensibus contra Moschum subsidia mittunt.*

bello peteret, præter communia Anzeaticæ societatis auxilia, pulverem tormentarium summi sit, & machinas, quas uncatas vocant.

*a) Cæbre iam ab annis ducentis de finibus & Visurgis navigatione diffusiones exhiberunt & præcipue hæc tempore inter comites Oldenburgenses & civitatem seminata fuit. Hæc quidem Wilhelmus Lunæburg dux & Hærfiæ Landgrævis Wilhelmus anno MDLXX. 1576. dirimunt.*

a) Eodem anno 1576 vicissim inter Comitis Antonii hæredes & civitatem, Cæsaris jussu, se interposuerunt Vuilhelmus Dux Lunæburgensis & Vuilhelmus Hærfiæ Landgravius. Etsi verò per Legatos controversiam omnem jam diremisse viderentur, civitas tamen paulò post conquesta est, per Comites stare, quo minùs pacta conventa implerentur, idque iudicio probavit, ut decreta Anno 1590 lata demonstrant.

1577.

*Bellum Gedanense a mica com-  
positione*

Anno 1577 rursus in urbe contagium sæviit, eodemque anno cum Stephanus Poloniae Rex bellum Gedanensibus inferret, eaque res com-

communes omnium navigationes dirimi posse  
turbatura videretur, Fridericus Da- judicant.  
niæ Rex Bremensi & vicinis Anzæ  
Theutonicæ civitatibus Segeber-  
gam convocatis belli societatem  
obtulit. At illæ bellum Gedanense  
legationibus & amica compositio-  
ne dirimi posse judicarunt.

Anno 1580 controversia finium 1580.  
enascabatur inter Lubecenses & Hã- controversi-  
burgenses, quam dirimendam Cæsar am inter  
commendavit Bremensib. & Brun- Lubecenses  
svicensibus. & Hambur-  
genses diri-  
muunt.

Sub idem tempus non multò  
post, quàm Archiepiscopus Henri-  
cus Saxonix & Vuestphaliæ Dux  
homagium solenni pompa suscepe-  
rat, renovatæ sunt rixæ de cœna Do- renovatis  
minica, quæ civitatem antea turbã- rixis de cœ-  
rant. Cum enim senatus D. Christo- na domini-  
phorum Pezelium & D. Fridericum ca

*Glanæum  
ab officio re-  
movent,*

Vuidebramum è comitatu Nassovi-  
ensi ad conciliandum ministros Ec-  
clesiæ de quibusdam doctrinæ capi-  
tibus & ceremoniis dissidentes, e-  
vocasset, cæteris compositis solus se  
opposuit Jodocus Glanæus, cujus  
causam Archiepiscopus à civibus  
quibusdam rogatus tuebatur, rem-  
non tantum ad Diœcesis ordines,  
sed & ad vicinos reges ac principes  
deferens. Senatus nihilominus Gla-  
næum ante ab officio suspensum, cum  
infantulum sibi natum non à collegis,  
sed ab extraneo pastore domi sue ba-  
ptizari curasset, anno 1582 ab officio  
movit.

1582.

*de re sacra-  
mentaria se-  
riò cogitent*

Eodē an. cum eadem controversia  
sacramētaria universum penè impe-  
riū exerceret, & Electores atq; Prin-  
cipes, qui novā cōcordiæ formulā, q̄  
sic appellatur, receperāt ad verus ce-

te-

teros consilia fabricari, & in proximi-  
mis comitiis, quę tum indicta erant,  
exequi velle putarentur, Dux Jo-  
nes Casimirus Comes Palatinus Rhe-  
ni, ab agnato suo Richardo ipse mo-  
nitus, monuit vicissim Bremenses  
per literas, ut serio de re cogitarent,  
quo commune periculum commu-  
nibus consiliis declinaretur.

*à Ioan. Ca-  
 simiro Pa-  
 latino mo-  
 nentur :*

Sequenti anno cum de Archiepi-  
 scopatu Colonensi certaretur inter  
 Gebhardum Truchsesium, & Erne-  
 stum Bavarię Ducem, eaq; res ad o-  
 mnes Evangelicos pertinere & Pon-  
 tificem Roman. adversus Evangelicos  
 multa alia moliri videretur, Ludo-  
 vicus Elector Palatinus, ex consilio  
 collegarum Saxonis & Brandebur-  
 gici, cum per se, tum per interposi-  
 tas civitates, Augustanę confessio-  
 nis socios, & inter alios, Bremenses

*ab Elect.  
 Saxon. &  
 Palatino*

*Erfurdiam  
vocantur.*

Erfurdiam convocavit : Sed quàm omninò parùm iste conventus, præfertim ob intervenientem Palatini Electoris mortem, promoverit, dejectio Gebhardi, quæ paulò post secuta est, testatum facit. *a)*

*a) Sed cum septennio post  
1583. de integro renovata  
essent, in Visurgi etiam  
navalibus præliis Sapiar  
pugnatum est. 1584.*

Hoc quoq; anno munitiones Civitatis, quæ sunt inter portas, quas Ansgarii & Gregum appellant, inchoatæ, & anno 1584 absolutæ sunt.

*1585.*

Quo ipso etiam contagium in urbe exarsit, & in annum sequentem perduravit.

*1587.*

Cum confœderati ordines Belgii classe sua Visurgim occupare, & Brementium, aliorumq; naves quasi Arresto detinere conarentur, ne frumentum illi in urbem, & ex ea rursus ad hostes suos (quod à mercatoribus factitari querebantur) eveherent: Senatus re priùs non tantùm per-  
su.

*Contra Bel-  
gas visur-  
gim occu-  
pantes*

suas, sed & vicinorum Principum  
litteras tētata, cū nihil efficeret, septē  
naves armatas expedit, ostenditq;  
Belgis, se Visurgim rueri velle.

*7 naves ar-  
mant,*

Hispaniarum Rex per Frideri-  
cum Comitem vom Berge, Ferdi-  
nandū Lopes de Villa Nova, & Ge-  
orgiū Vuestendorff Senatui propo-  
suit, non se tantū à Belgis, & Elisa-  
betha Angliæ Regina, multis inju-  
riis affici, sed & vicinas regiones,  
presertim Civitates maritimas novis  
& molestissimis impositionib<sup>9</sup> gra-  
vare: Ideoq; Senatū decere, ut in cō-  
ventibus civitatum Hanseaticarum  
hac de re serid in medium consule-  
rent, & confœderatis authores ef-  
sent, ut conjunctis Regis, atqve Ci-  
vitatum viribus, libertas commerci-  
orum ab injuriis vindicaretur.

*1589.  
ab Hispani-  
arum Rege*

*contra Eli-  
sabetham  
Angliæ re-  
ginam &  
Belgas*

*in belli soci-  
etatem ac-  
ciuntur,*

Eodem anno cum ad piraticam

*piratas 14  
primò*

in Visurgi se converteret Hispanus miles, Excubitoria civitatis naves, piratas quatuordecim ceperunt, post gladio cesos.

*1590.  
& mox 34  
capiunt,*

Rursus à Bremensium navibus pirata 34 intercepti, & capite multati sunt.

Eodem anno lis, quam in finibus Bederkossanis de aggere Rivi Auyy Senatus cum Francisco, Francisci filio, Saxoniae & Vuestphaliae Duce habuit, amicè transacta, & soluta est.

*eum comiti-  
bus Olden-  
burgicis di-  
scordant,*

Ad diffidia Comitum Oldenburgicorum, quae eis cum civitate intercedunt, his annis accessit, quod existimabant, suo quid juri per excubitorias Civitatis naves, & pensitationem, quam ea hoc nomine, à naveris accipiebat, detrahi: Res non tantum Camerae judicio, sed propè etiam

etiam armistractari cepit. Proinde  
anno 1591 Lunæburgi & Hassiæ  
Principes rursus per legatos inter-  
veniunt, sed frustra.

1591.

Senatus statuta quedam ad vindi-  
cationes injuriarum & res expedito-  
rias pertinentia reformavit.

1592.

Cum anno 1593 inter se disside-  
rent Franciscus Saxonix & Vuest-  
phaliæ Dux & civitas Lubecensis,  
Cæsar causam commendavit  
Administratori Archiepiscopatus  
Magdeburgensis, & Senatui Bre-  
mensi.

1593.

Cum anno 1594 exactionibus  
Imperii rustica plebs Diœcesis ob-  
rui videretur, ordines ad ejus suble-  
vationem facilè permoveri, at de  
modo difficulter conveniri potuit,  
donec tandem annis sequentib. cõ-  
muni tranquillitati cederēt, ipsisq;

1594.

ca-

caveretur liberalitatem hanc liber-  
tati non fore fraudi.

1595

Civitas partem dimidiam emit  
jurisdictionis, & dominii Borch-  
feldensis.

1596.

*Joannes A-*  
*dolphus ar-*  
*chiepiscopa-*  
*rius resi-*  
*gnat.*

Anno 1596 Archiepiscopus Io-  
hannes Adolphus Holsatiæ Dux  
Diœcesin capitulo in favorem fra-  
tris Iohannis Friderici resignat: ibi  
capitulum castra atqve arces Diœ-  
cesis occupat, ejusq; administratio-  
nem solus capessit, paulò post ad no-  
vam electionem accessurum. Cum  
autem militares atq; civitates se cõ-  
tra majorum instituta præteriri, &  
jus, quod Ordinibus in administra-  
tione Diœcesis commune, in capi-  
tulum solum derivari existimarent,  
magnis odiis certari cæptum est,  
quoad Christianus I v Daniæ Rex,  
Udalricus Megapoleos, & Iohan-

nes

nes Adolphus Holfatiæ Duces, sub  
finem hujus & initium fequentis  
anni, Stadæ per Legatos contro-  
verfiam interceperunt, & diffiden-  
tium animos placarunt.

1597.

Anno 1598 cum per urbem con-  
 tagium ferperet, cadavera in urbe  
defunctorum extra portas urbis se-  
peliri cæperunt. Vuurfati, ut ante, ita  
 hoc eodem anno in agrum Beder-  
koffanum irruptionem faciunt, u-  
no occifo, multis autem vulneratis,  
& nullo petulantiaæ genere intermil-  
fo. Senatus igitur, etfi faviret adhuc  
in urbe biennale contagium, con-  
ducto milite, & navibus quoq; duab.  
expeditis ad defenfionem omnia  
comparat. Sed cum Vuurfati culpam  
in paucos rejicerent, & reconcilia-  
tioni fe offerrent, ab armis ceffatum  
eft.

1598.

*Vuurfati in  
 agrum Be-  
 derkoffanum  
 irruptionem  
 faciunt.*

1599.

*Contra Frã  
ciscum Mẽ-  
doza urbs*

Seqventi anno Hispanicus exer-  
citus Duce Francisco Mendoza,  
Admiralio Arragonum in vicinum  
agrum Vuestphalicum irruit, eum-  
q̄ve incendiis & depredationibus  
deformat. Inde cum Saxonix etiam  
imminere videretur, Archiepisco-  
pus cum Henrico Iulio, & Ernesto  
Ducibus Brunsvicensibus & Lune-  
burgensibus foedus facit. Eodem  
foedere comprehenduntur fratres  
Comites de Oldenburg & Delmen-  
horst, & Bremensis civitas, quibus  
convocatis Archiepiscopus id per  
legatum denuntiavit: Ubi illi assen-  
si sunt, & Principes ipsis de auxili-  
orum reciprocatione per literas ca-  
verant, singuli de milite sibi prospicere  
ceperunt, quoad commune  
decretum propinquiorum Circulo-  
rum imperii firmiorem defensionẽ  
ostenderet.

*de milite si-  
bi prospicit.*

Eo-



les & Lunæburgenses adjuncti, sed infecta re discessum est.

1601.

*Mauritius  
Hessia Lād  
gravius  
Bremam  
venit.*

Cum Mauritius Hassiæ Landgravius Bremam transiret de eo cōducendo inter Archiepiscopi Legatos & civitatem disceptatum est: sed cum conditio hæc proponeretur, ut in civitatis territorio conductio citra præjudicium utrinque intermitteretur, utraqve pars acquievit, & Bremenses Principem cum humanissima ejus conversatione in triduum usi essent, honorificè acceptum atq; tractatum dimiserunt.

*Cæsaris legatus  
Bremam*

Eodem anno Cæsar per legatum suum Andream Hanewaldt/ & mox paucis mensibus interjectis per Baronem Kniphusanum à civitate petiit, ut fidem suam pro ducēties mille thaleris interponeret.

Cum autem Senatus se tantum oneris

ris

ris subire non posse ostenderet, in-  
terim verò etiam in conventu Lu-  
becæ habito auxilia in usum belli  
Turcici postulata non impetraren-  
tur, tandem Baro sequenti anno à  
Bremensibus inter alia obtinuit, ut  
seorsim non parvam argenti sum-  
nam Cæsari penderent.

1602.

Hoc quoque anno cum jam an-  
te de urbe accuratius munienda diu  
multumque cogitatum & peritio-  
res in consilium advocati essent, ag-  
gressa civitas est munitionem no-  
vam, quæ extra Stephani portam  
est.

*Propugna-  
culum no-  
vum ad Ste-  
phanianam  
portam ex-  
truitur.*

Multos jam annos controver-  
sia intercesserant Elisabethæ An-  
gliæ Reginae cum Christiano IV Re-  
ge Danorum: Adeas componen-  
das cum Reges conventum Bremã  
indixissent, 25 Septembris die sub

*Elisabetha  
Angliae Re-  
gina*

Hh 3

me-

